


# GALENI DE

AFFECTORVM LOCORVM NOTI-  
tia, libri sex, Guilielmo Copo Basileiensi interprete.

EX SECVNDA RECOGNITIONE.



Venales habentur Parisijs in officina Simonis Colinaei chalcographi, e regione scholae Decretorum commorantis.



R/3.143

## INDEX

### Capitulum præsentis operis Index.

- ¶ Liber primus totus, vnico capite continetur**  
**¶ Libri secundi capita tria.**  
**¶ De his quæ ab Archigene scripta sunt, quomodo ex dolorum specie, sedes affectas discerni posse putauerit** Caput. I.  
**¶ Quod ea quæ ab Archigene dicta sunt, aliqua vere, & absolute, & clare, alia omnino obscure, imperfecte, indistincte, & falso, dicta sint.** Caput. II.  
**¶ De via & ratione, qua simul & sedes affecta, & ipsius dispositio possit cognosci.** Caput. III.  
**¶ Libri tertij capita vndecim.**  
**¶ Quod actionum noxæ, ipsarum actionum instrumenta affecta esse declarant, aut primitiue, aut per accidens.** Caput. I.  
**¶ Quod scire oportet, quomodo læsa actione, distinguantur partes primogenio affectu laborantes, ab ijs quæ per aliarum consensum afficiuntur.** Caput. II.  
**¶ Quod partes, quarum actiones, eo quod alijs consentiunt, læduntur, aliæ quidem in proprio suo corpore habent dispositiones ipsas, aliæ vero priuantur, aut materia, aut facultate, quæ ipsarum viribus influere solebat.** Caput. III.  
**¶ De memoria perdita, de quibus alijs affectibus, qui circa principem animæ facultatem euenire possunt.** Caput. IIII.  
**¶ De stultitia, sopore, lethargo, phrenetide, & mania.** Caput. V.  
**¶ De melancholia** Caput. VI.  
**¶ De morbo comitiali** Caput. VII.  
**¶ De vertigine** Caput. VIII.  
**¶ De cephalæa & hemicrania.** Caput. IX.  
**¶ De apoplexia & neruorum resolutione.** Caput. X.  
**¶ De olfactu.** Caput. XI.  
**¶ Libri quarti capita nouem.**  
**¶ De affectis partibus in oculorum morbis.** Caput primum.  
**¶ De linguæ affectibus** Caput. II.  
**¶ De sensu auditus** Caput. III.  
**¶ De affectibus faciei** Caput. IIII.  
**¶ De spinæ affectibus** Caput. V.  
**¶ De sanguinis sputo** Caput. VI.  
**¶ Affecta voce quomodo sedes affecta deprehendatur** Caput. VII.  
**¶ De locis affectis in dyspnœa** Ca. VIII.  
**¶ De pulmonis affectibus** Cap. IX.  
**¶ Libri quinti capita septem.**  
**¶ De cordis affectibus** Caput. I.  
**¶ De affectibus thoracis** Caput. II.  
**¶ De septi transversa affectibus** Cap. III.  
**¶ De affectibus gulæ** Caput. IIII.  
**¶ Oris ventriculi affectus** Caput. V.  
**¶ Hepatis affectus** Caput. VI.  
**¶ De morbo regio** Caput. VII.  
**¶ Libri sexti capita sex.**  
**¶ De affectibus lienis** Caput. I.  
**¶ De ventriculi & intraneorum affectibus** Caput. II.  
**¶ De affectibus renum** Caput. III.  
**¶ Vesicæ affectus** Caput. IIII.  
**¶ Affectus vteri** Caput. V.  
**¶ Pudendorum affectus** Caput. VI.

INDICIS FINIS.

Ad Christianissimum Francorum regem LODOVICUM duodecimum, Gulielmi Copi Basileiensis, in librum GALENI de affectuum locorum notione, præfatio.



Consideranti michi, Christianissime rex, varia mortalium studia, quibus optimum finem, summumque bonum assequi pro viribus quisque nititur, rectissime hortari videtur Satyricus, id precipue & solum optandum esse, ut sit mens sana in corpore sano. Verum tanta est proh dolor hodie hominum peruersitas, ut neglecto animo, posthabitaque corporis salute, omne studium ad diuitias conuertant. eoque deuentum sit, ut quo quisque maiorem pecuniarum cumulum ostentare potest, eo videatur maiore honore dignus. cum interim viri & morum probitate, & bonis literis præditi, quæ diuitijs non affluant, non solum debito priuentur honore, verum etiam pro stultis reputentur. Id nimirum causæ esse videtur, cur tam pauci nostra tempestate recte philosophentur. Cum primum enim tres, quatuorve literulas scioli quidam delibauerint, non veritatem inquirere, sed diuites illos adulando captare student, quo aliquid ab ipsis pecuniarum detrahere, & instar illorum primas sedes in conuenticulis occupare possint. Sane sunt nonnulli, qui vix delibatis sacrarum literarum primis rudimentis, protinus ad aucupanda (ut aiunt) beneficia nihil reliqui faciunt. Alij perlectis tribus, quatuorve Bartoli argumentis, nunquam inspecto pandectarum, codicisve cortice, ad agendas causas properant, non ut tueantur pupillum, sed ut pecunias, quibus plurima sibi latifundia comparent, ab eo astute extorqueant. Sic etiam inueniuntur non pauci (ut interim professionis meæ non obliuiscar) qui cum primum aut ptisanam nominare, aut vino egris interdiceret, aut clysterem iniicere nouerunt, protinus medicam artem professi, populatim miseris mortalibus graui cum periculo imponere non erubescunt, ac potentes illos adulationibus captare aggrediuntur, neglectis spectisque doctissimorum medicorum Hippocratis, Galenique monumentis. Quippe nemo iam inde ex tam longo æuo inuentus est adeo veritatis studiosus, ut illorum libros ex græca lingua in latinam vertere curauerit. Quanquam inueniuntur aliqui, qui Galeni opera ut latina circumferant, credantque sese eis tanquam a secretis esse, atque iactent, nullum sese Galeni locum non intellegere. Ego vero haudquaquam crediderim Galeni mentem ex illis libris a quoquam deprehendi posse, quos ne ipse quidem author, si viueret, esset intellecturus, adeo deprauata est illorum librorum series, ut ex mille versibus vix vnus Galeni mentem referre videatur. Quod nonnulli intellegentes, reiectis Galeni libris, Auicennam potius imitari voluerunt. quæ scilicet concinno (ut aiunt) ordine, vastum illum canonem suum texuerit. Qui si diligenter multa que de curandi ratione conscripsit capita, ad amissim examinassent, non ordinem & lucem, sed tenebras potius & confusum chaos offendisse se faterentur. Contra vero si Galeni tres doctrinas, ordine contentas, olfecis-

a.ij.

## NUNCUPATORIA EPISTOLA

sent, ummo tum ordine tum artificio, ipsum commentarios suos scripsisse haudquaquam negarent. Equidem fateri audeo, multo plus solidæ doctrinæ, biennio ex Galeni lectione discipulum reportaturum, quam si decē perpetuis annis Auicennæ canonem reuoluat. Id vero facile videre est, vel in eo libro quem de locorum affectorum notione conscripsit. Quem si quis diligenter sæpenumeroq; perlegerit, omnes internorum morborum notas, & multo facilius deprehēdet, & tenaciori memoria seruabit, q̄ si assidue in exhaustam illam signorum Auicennæ congeriem legendo repetat. Hunc ego Galeni librum, ne nihil agerem, cum in strenua ista tua cōtra Anglos expeditione, vna cum doctissimis medicis tuis castra tua sequerer, ex græco latinum feci, sperans hoc opus nō solum medicis, sed vniuersis quoq; mortalibus profuturum. Nam latentes morbos q̄ facillime dinoscere docet, sine qua notitia nullum affectum recte curari posse apud omnes medicos in confesso est. Cæterum quia maximum medicum, maximi quoq; principis nomine illustratum, in publicum prodire decebat, tu mihi rex inuictissime hoc ipso nomine pulcherrime succurristi, cui opus hoc dedicarem. Quippe qui iustitię administratione Traianum, victoriarum numero Alexandrū Macedonem, clementia Iulium Cæsarem facile superas, & quod ad religionem pertinet, sanctissimi regis L O D O I C I vestigia intentis neruis imitari conaris. Suscipe igitur Christianissime rex benigno vultu, has nostras, quas in mediō armorum strepitu exarauimus, lucubrationes. Sic enim ad reliqua Galeni volumina interpretanda animum michi eriges, & vniuersum mortale genus hoc non mediocri beneficio perpetuis amoris vinculis tibi obligabis. Vale Christianissime rex, ex Parisiorū Lutetia. Anno millesimo quingentesimo decimotertio.

GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA LI  
ber primus, Guilielmo Copo Basileiensi interprete.



Non solum recentiores medici, sed veterum quoque non pauci, corporis particulas, locos nominare consueuerunt. ac quae diligentissime, affectus ipsis euenire solitos, dinoscere studuerunt. quippe pro locorum differentia, curationem quoque variari contingit. Sed quae utilis ad curationem sit huiusmodi notitia, in eo libro, quem de curandi via & ratione conscripsimus, videre est. Nam in presenti opere, quomodo affectus particulae possint discerni, explicare duntaxat proposuimus. **I**gitur partes in superficie constitutae, vna cum affectuum suorum proprietate, facile sensibus deprehenduntur. Quae vero in imo corpore latent, exercitatae cogitationis virum desiderant, cum in partium & actionibus & utilitatibus, tum maxime atque in primis in anatomice, id est arte secandi corpora. Quippe haec nos docuit, cum alia permulta, tum cuiuslibet partis essentiae proprietatem. Sic enim corpus quoddam cartilagineum est, secundum asperam arteriam (bronchion appellant) cuius proprietatem hi duntaxat qui ipsum vident cognoscere possunt. Id si aliquando tussiendo expuatur, maximum vlcus vel ab erosione vel putredine in pulmone esse existimamus. Atqui in tota ea parte quae inter guttur & pulmonem media est, quamquam eiusmodi naturae corpus inuenitur, tam grandis tamen vlceratio, in ipsa haudquam fieri potest, quin prius mors animal praecipuet. In pulmone vero talis fieri potest, utpote qui ob humiditatem, & facile putrescere, & a vitiosis humoribus prope erodi consuevit, atque bronchia in ipso exigua admodum sunt. Quocirca pars ipsorum putrescere non potest, quin potius totum bronchium reijci necesse est. membranosis vinculis quae ipsum cum alijs coniungunt a sua continuitate absolutis, quippe quae suis bronchijs multo celerius afficiuntur. haec enim & cartilaginea, & dura, & crassa sunt, membranae vero quae ipsa coniungunt, tenues & infirmae. Sane frustum quoddam vasis, haud ita paruam, tussiendo reijci vidimus, quod ex pulmone fuisse eductum, plane intellegebant dissectoriae artis haud imperiti professores. Quotquot enim ad asperam arteriam in collo perueniunt vasa, omnia capillorum fere speciem referunt. Proinde non solum essentiae proprietates, sed magnitudo quoque, saepenumero affectum locum haud obscure indicare potest. Sic enim cum intestini tunicam per dysenteriam deiectam conspexeris, sitque & latitudine & crassitudine ijs quae a tenuioribus soluntur multo maior, non ab re conijcies vlcerationem in crassis intestinis consistere. Ita cum adolescentulum tussiendo, tunicam viscosam crassamque reijcere videremus, coniecimus eam ex interna gutturis parte ubi ligula (Graeci epiglottida vocant) consistit, fuisse resolutam, ac sanatus est adolescentulus, quibus id non admodum speraremus, mansit tamen vox vitiosa. Praeterea per essentiae proprietatem, a vesicae vlceribus, ea quae in renibus consistunt, distinguere possunt. Scri-

Essentiae proprietates.

Bronchion

Vlcus pulmonis.

Reiecti excrementi magnitudo.

Dysenteria

Vox vitiosa

**Hippocrates** psit enim in aphorismis Hippocrates. Si ea quæ cū vrinis excernuntur la-  
**Res cōtente** marum speciem referunt, in vesica vlcus esse, scire licet, si vero carunculis si-  
 milentur, id erit in renibus. ¶ Neq; non a rebus in particulis quibusdam  
 contentis, creberrime sedes affecta deprehenditur. Nam Mitylenis adule-  
 scens quidam secundum sedem vulneratus gladio vulnere satis profundo,  
 tribus primis diebus, neq; cibum neq; potum ingessit, quarta vero die, ad-  
 hibitis prius remedijs, cibum sumpsit, ac bibit quoq; deinde occidente so-  
 le, iterum adhibita curatione, vrinæ tres heminas per vulnus excreuit, quū  
 antea ex quo vulneratus erat, nihil vrinæ reddidisset. tū vero ab onere quo  
 circa pubem grauabatur, se perfecte liberatum esse dixit. Itaq; proculdubio  
 constabat vesicam fuisse vulneratam. Quemadmodum vbi sterces per vul-  
**Intestinatorū** nus excernitur, intestinorum alicui vulnus esse illatū haud dubium est. Sic  
**vulnus**  
**Ventriculi** etiam quum cibus egreditur, in ventriculo vulnus esse manifestum est. Iam  
**vulnus** ortum supra inguina panum ac suppuratum quum medicus incidere, ster-  
**Coli absces-** cus subsequutum, in colo abscessum esse declarauit. ¶ Atq; in hoc genere cō-  
**sus** tinetur, spiritus efflatus, vulnerato thorace, & sanguis ab arteria profluens.  
**Thoracis** Nam quum interdum vulneratum corpus sensu deprehēdi non potest, ex-  
**vulnus** actam ab his consequimur notitiam. Igitur vt efflatus inter respirandum  
 spiritus, membranam costas succingentem, vulneratā esse significat, ita san-  
 guis saliendo eiectus, arteriam, sed hic protinus eo qui ex venis erumpit, &  
 calidior, & magis tenuis, & flauior esse dinoscitur. ¶ At veluti horum non  
 incertæ sunt notæ, sic eodem modo si aliquando omentum, aut intestinorū  
**Peritonei** aliquod excidere per vulnus videatur, peritoneū discissum esse nemo ambi-  
**vulnus** gere debet. Si vero pulmonis aliqua fibra, extremā sui partem a vulnere ex-  
 erere videatur, thoracem confossum esse ostendit. Atqui nihil refert siue suc-  
 cingentem membranam vulneratam, siue thoracem confossum esse dixeris.  
**Res adhæ-** ¶ Ex adherentibus etiam rebus affectæ sedis notæ petuntur, quippe res ad-  
**rentes** hærentes essentia proprietatē obtinent, quemadmodum fungi, si fracto ca-  
**Fungi capi-** pite, meninx ( id est membrana cerebrum custodiens ) fuerit affecta. Atq;  
**tis** rursus alia proprietates conspicitur, osse particulæ cuiuspiam vitiatæ. Huius  
**Ramentum** præterea generis est ramentum ( ephelcis græce vocatur ) quod eius parti-  
 culæ, a qua excerni videtur, vlcerationem portendit, vt vrinæ meatuum, si  
 cum vrina, spiritalium instrumentorum, si tussiendo, gulæ, ac ventriculī, si  
 vomitione excernatur, quemadmodum si cum alui excrementis deicitur,  
 intestinorum aliquod vlceratum esse significat. ¶ Est præterea ex indicijs  
 quibusdam alius notitiæ modus, quum videlicet in alieno spacio aliquid  
**Contēta in** præter naturam continetur, vt in renibus, aut vesica, lapis, aut pus in tho-  
**spacio** race, aut sanguinis grumus ( græce thrombos ) vbicunq; contineatur, aut  
 alius quidam humor molestus in animalis corpore, genitus, vel extrin-  
 secus ei adueniens. ¶ Vnde iuniorum medicorum complures, quæstio-  
**Quæstio di-** nem ad medicæ artis opera nichil conferentem, sed dialecticam potius ha-  
**alectica** bentem contemplationem, mouere solent. Vtrum huiusmodi res in no-  
 bis præter naturam genitæ, ex affectis sint sedibus, aut loco nequaquam

affecto, animal a causa præter naturam molestetur? Sed quæ inutilis (ut dixi) sit huiusmodi quæstio, cognitu facile est, si consideraueris eas notas, quæ ad artis usum pertinere videntur. ¶ Subijciamus ergo aliquem tribus diebus nihil vrinæ reddidisse, nonne protinus in qua corporis parte sit huiusmodi accidentis causa inuestigabimus, an in renibus, aut vreteris, aut vesica, aut vrinæ fistula? Neque enim in hepate, pulmone, liene, ventriculo, corde, aut alia quauis particula ipsam quæremus, quod nulla ipsarum sit vrinæ instrumentum. Etenim nisi nouerimus primam vrinæ secretionem in renibus fieri, deinde eam per vreteras ad vesicam peruenire, ac demum inde excerni, quæadmodum iam antea in libris naturalium actionum ostendimus nihil huiusmodi inuenire poterimus. Verum hucusque processisse haud satis esse videtur, quin potius perpendere oportet, quæ nam sit causa, propter quam vrina supprimitur. Est autem via contemplationis hæc. Intueri oportet omnia tum præterita tum præsentia accidentia, præsentia quidem ipsemet medicus inspicere debet. Præterita vero non solum a laborante, sed etiam ab ipsius familiaribus interrogando perdiscere. Sit igitur (exempli gratia) tumor aliquis in pube, satis euidenter in circumscriptione vesicæ impletæ esse ostendens, nihilque excernatur. Nunquid plane constat aut excretoriâ vrinæ actionem necessario resolutam, aut vrinæ fistulam esse constipatam? In primis igitur *Quomodo naturaliter vrina reddatur* considerandum est, num fieri potuerit, ut resolutæ facultatis nomine id acciderit, si prius meminerimus, quomodo per bonam valetudinem volentibus nobis vrina excernatur. Musculus ceruicem vesicæ circundans, ab actione quiescit, fungente tum vesica suo munere, musculi autem actio, voluntatis nostræ imperium imitatur, at vesica naturaliter agens, voluntati haudquam obedit. Namque in commentarijs de naturalibus facultatibus iam declaratum est, in omnibus fere corporis particulis esse vim qua excrementa secerantur. Hæc quis semper ipsis assit, non tamen vtuntur ea, nisi cum molestantur ab excrementis. Quæ si aliquando fuerit affecta, fieri potest, ut vrina supprimatur. Proinde si hominem ita figuraueris, ut decliuus sit ceruicis vesicæ positus, ac manibus tumorem præter naturam compresseris, expellatur vrina. *Vrinæ suppressæ euocatio* Quæ si ita facièdo nihil profeceris, a causa qua resoluta vis esse putabatur desistere, atque vrinæ fistulam constipatam esse suspicari oportet, quippe musculus ei circundatus, si resoluatur, ipse non cohibet, sed præter voluntatem emissæ vrinæ causa est. ¶ Itaque quot modis contingat vrinæ meatum (quem vreteram id est vrinæ fistulam vocant) stipari deinceps considerandum est. Equidem trifariam eos accipiendos censeo. Aut enim corpus ipsius in tantum tumorem præter naturam attollitur, ut meatus inde occupetur. Aut aliquid ei præter naturam, ut vel carūcula, vel callus in nascitur. Aut a re quapiam obstruitur meatus. Corpus ipsius ad insignem tumorem attollitur, si vel inflammatione, vel scirro, vel abscessu, vel alio quouis tumore fuerit affectum. ¶ In meatu caro quidam oritur, si præcesserit vlcus, alia vero res longo temporis spacio ex crasso lètoque humore paulatim nasci potest. ¶ Obstruitur meatus, vel a lapide, vel grumo, vel pure, vel crasso lètoque

humore. ¶ Igitur hæc omnia distinguere oportet, non solum ex præsentibus accidentibus, sed etiam ex ijs quæ præterierunt. ¶ Age igitur subiiciamus ut puer laboret, apparuerint vero antea lapidis indicia, vrina quidem aquæ similis, in qua subsident fabulosa quædam, ipse insuper assidue pudendum scalpat, idque vel laxum, vel intentum præter modum, postea vrina de repente supprimatur, nunquid optima ratione conieceris, huic lapidem in vesicæ cervicē incidisse? Itaque supino figurato puero, ut crura reliquo corpore sint sublimiora, multifariam ipsum concuties, sic enim feceris, ut lapis ex meatu recedat. Quibus peractis, iube ut puer vrinam reddere tentet, id si bene successerit, profluatque vrina, præter exactam causæ notitiam, curationis quoque modum inuenisse te, haud dubia erit coniectura. Quod si nichilominus vrina supprimatur, rursus concute, sed vehementius, atque si sic quoque permanferit, tum demissa ænea fistula, Græci catheterū vocant, simul & lapidem a vesicæ cervicē repelles, & vrinam euocabis. ¶ At nulla lapidis nota retentam vrinam præcedente, si sanguis effluerit, par est, ut grumus vrinæ fistulam obturet. At fieri potest ubi ulcerata est vesica, ut paulatim in ipsa grumus concreascit, vel non præcedente sanguinis fluore. Accidit autem ut sanguis ex renibus per vreteras in vesicam defluens, grumū efficiat. Atque veluti ad has coniecturas, ita ubi vel pus, vel crassus lentusque humor meatū obstruxit, haud inutilis est ænea fistula. In huiusmodi vero coniecturam, ex præcedentium notitia inducimur. etenim siue vesica, siue renes, antea affectu aliquo laborauerint, per quem tale tantumque pus colligi potuerit, ut par sit ab ipso meatum fuisse obstructum, probabiliter conijcies, hanc ob causam vrinā supprimi, etiam si in parte aliqua renibus superiore fuerit abscessus, quo erupto, haud absurde pus in renes trāsumptum esse putaueris. ¶ Quod si nihil huiusmodi præcesserit, victus rationē inquirere oportet, an in ocio educatus, multis cibis crassos viscososque humores generare potentibus, fuerit usus. ¶ Sic etiam ubi ob carunculam aliquam ab ulcere innatam vesicæ cervicem obstructam esse putamus, & ex præcedentibus vlceris notis, & ex eo quod demissa ænea fistula, vrina vacuatur, intellegere possumus. nā & hūc affectum aliquando vidimus, quippe demissa fistula dolorē mouet, in ea videlicet meatus parte, ubi antea vlcus esse conijciebamus, fractaque sub fistula carne, sequuntur cū vrinæ excretionē, & cruor, & carnis fragmenta. ¶ Hæc diximus ad institutum opus proprie pertinere. Constat autē, ut paulo ante citata a nobis quæstio, dialectica dūtaxat sit, quæ nihil ad artis opera conducit. Id enim utile fuerit, ut cognoscamus meatum esse obstructum a grumo, si ita contigerit, aut lapide. At quærere vtrum affectum esse meatum, an causam suppressæ vrinæ in meatu contineri, dicendum sit, nihil ad artem utilitatis conferre potest. ¶ Itaque non possum non mirari, quo pacto Archigenes in huiusmodi consideratione tantū temporis collocauerit, quippe Vrinae suppressæ causa. ¶ Igitur rursus propositum sermonem resumendo, consequentia tra-

Lapidis nota.

Grumus.

Pus in vesica.

Humores crassi vrinā supprimentes.  
Caruncula in vesica.

Archigenis error.

Vrinae suppressæ causa.



tibus, causa, cur vrina reddi non possit, deprehendatur. Percussus ergo quidam in ea parte, quæ femen appellatur (Græci perineon dicunt) inflammatione suborta in vulnere, vrinam reddere non potuit, ac vesica ipsa, utpote plena, manifeste secundum circumscriptionem intenta videbatur. Huic, ne irritaretur inflammatio, æneam fistulam adhibere nolimus, sed calida aqua fouere, ac oleum circumfundere, satius esse putauimus. quumque tribus horis sic eum tractassemus, tumore non parum relaxato, ac dolore, ut ipsemet fatebatur, non ita grauiter infestante, iussimus, ut vrinam reddere teteret, interim quum nos vesicæ tumorem, ad inferiores partes impellendo, sensim premeremus, iuuenis vrinam reddidit. Atque in his qui sic afficiuntur, causa suppressæ vrinæ, facile deprehenditur, quæ in alijs quibusdam non adeo manifeste dinoscatur. In quibus artificiosa coniectura ab omnibus vocata, nobis perquam utilis est, utpote quæ inter exactam notitiam, & omnifariam ignorantiam, media quodam modo putatur. Proinde fieri non potest, ut in omnibus morbis colligantur notæ, quibus, ut empirici, id est experimeta iactantes, sentiunt, euidenter quisque affectus discerni possit. Sed verissimum est id quod Erasistratus dicere solebat. Oportet (inquit) hominem exercitissimæ considerationis esse, qui voluerit non solum affectus ipsius qualitatem, sed affectum quoque locum probe dinoscere. Verum ut ad huiusmodi exercitationem decenter perueniamus, haud quamquam querendum est, an dicere oporteat, vesicæ ceruicem, si vel a lapide, vel grumo obstruatur, affectam esse, aut ipsa non affecta, actionem ipsius lædi. Igitur in huiusmodi questionibus ad artem omnino superuacaneis Archigenes versari consuevit. Alij vero ultra hæc procedentes, ne lædi quidem actionem dicunt, fieri enim videtur, musculo scilicet qui vesicæ ceruicem ambit, laxato, ipsa vero vesica contentam in se vrinam exprimente, sed concurrente musculorum suminis auxilio. Quum itaque & vesica citra noxam munere suo fungitur, & musculi voluntatis imperio sic obediunt, ut superiores intendantur, is vero qui ceruicem circundat, laxetur, quomodo (inquiunt) recte poterit aliquis suspicari, noxam esse actioni illatam? Quapropter suppressam vrinam dicere coguntur, non læsa, sed impedita meiendi actione, tanquam arti medicinæ opem ferant, si vocabulum lædi transmutantes, impediri dixerint. Sed huiusmodi questiones (ut diximus) ad dialecticam pertinent, ac ad mentis exercitationem magis, quam, vel ad affectus ipsius dinotionem, vel sedis affectæ inuentionem accommodantur. Verum ea, quam nuper proposuimus, ad institutum opus proprie pertinet. Intellegitur autem ex ipsa, quod in primis per artem secandi corpora accurate cognoscere oportet, qualis sit cuiuslibet partis essentia, deinde vero & actionem, & societatem quam cum proximis habet, quæ etiam in positionis vocabulo comprehenditur, intellegere. Quippe cuiuslibet partis usus, ad affectorum locorum inuentionem magnifice conducit. ¶ Actio enim motus est partium, factiuus. Usus vero omnibus insunt, vel nihil agentibus. Ergo, quod ad vrinæ redditionem pertinet, excretionis actio fit a vesicæ compressione, concurrente interdum musculorum abdominis auxilio, quum videlicet

Femen.  
Perineos.

Coniectura  
artificiosa.

Erasistratus

Lædi: impe  
diri.

Actio  
Usus.

admodum exiguam continet vrinam, aut vesica ipsa infirma est, relique vero partes omnes, vtilis sunt ad actionem, nisi enim vesica ipsa, cum toto spacio sic figurata fuisset, ac ceruix ipsius tota fuisset perforata, descendissentque obliqua in ipsam vreterem, frustra habuisset comprimendi motum. Ex horum itaque notitia, & affectarum partium, & affectuum ipsorum notitia, deprehendi potest, non ex ea questione, qua inuestigatur, vtrum dicere oporteat, obstructum instrumentum esse affectum, an omnino noxa carere.

Propria dispositio

¶ Haud absimilis huic est alia questio, & quidem de affectis iam partibus, sed quibus nondum inest propria dispositio. Vocant autem propriam dispositionem, que separata causa, que ipsam fecit, permanere potest. Hac igitur consideratione rursus dicunt nonnulli, nequaquam affici caput, per eos capitis dolores, qui a bilioso humore in ventriculo contento proueniunt. quod per vomitum eiecta bile, protinus capitis dolor quiescat. quemadmodum si post vomitum nihilominus permanserit, tum affici caput, Idque multo magis, quam similia suffusioni accidentia, oculos infestant, cumulatis in ore ventriculi excrementis. haec enim veluti umbras quasdam esse affectuum. ¶ In omnibus his questionibus plurimum occupati precessores nostri, perque pauca de affectorum locorum notitia scripserunt. Nos vero diuersa incedentes via, exercebimus, aut (vt dixerit quispiam) instruemus studiosos, vt sedes affectas dinoscere possint. ¶ Igitur quemadmodum paulo antepropositum est, quod intenta vesica homo vrinam reddere non potest, ita inpraesentiarum subiiciatur, citra vesicae tumorem vrinam supprimi. ergo necesse est, quum sic retenta est vrina, vel vreteras, vel renes esse obstructos. Qua propter rursus hic intueri oportet, num anteaquam supprimeretur vrina, aut lapidis, aut alterius cuiuspiam mali precesserint accidentia, neque negligenda est vniuersi corporis dispositio, vt possimus, quoad artificiosa coniectura permiserit, distingere, vtrum in ipsis renibus a lapide, vel crassis humoribus, fuerit obstructio, an in vocatis vreteris (id est meatibus) qui a renibus ad vesicam protenduntur.

Vreterae

Atque sunt quaedam que ad exquisitam perducunt notitiam, veluti paulo antedicebamus, de his que affectae essentiae proprietatem declarant. Alia artificiosa quadam coniectura deprehenduntur. At quia sophistae compendioso sermone confutari non possunt, idcirco Asclepiadem in praesentia preterimus, vtpote absurda scribentem, atque iam alibi de vrinae in vesica collectione detectum.

Asclepiadis error

Princeps anime facultas

¶ Porro ea quae de principe anime vi, scripta sunt, omnes dissecutores damnare solent, existimantibus quibusdam ipsam in corde consistere. Quippe Archigenes ab hac opinione haudquam dimoueri potuit, quis detegeretur, cum per alia multa, tum maxime per ea, que in phreniticorum, lethargicorumque curatione videntur, verum tum sursum, tum deorsum sermones suos conuertit, vt modo hoc dicat, modo illud, nihil omnino declarans. Atque huius generis est tertius Archigenis liber, quem de locis affectis conscripsit, ¶ Nos vero principem anime vim, in libris de Hippocratis, Platonisque placitis, magna ex parte absoluimus. Proinde hac veluti demonstrata, affectarum partium contemplationem perficiamus, atque id quod omnibus affectis,

tum partibus, tum locis, cōmune est, nō in dīalecticā, sed necessariā quēstionem porrectū, iam enarrare aggredior, quę scilicet sit propria particula, per quā quęq; corporis animatī pars, actionē suā perficiat. Quippe actionē lædī necesse est, instrumēto ipsam efficiēte quomodolibet affecto. Atq; interdū facile affectus soluitur, adeo vt simul atq; opifex causa fuerit separata, ipse quiescat. interdū tāta est soluēdi difficultas, vt diutius permanere possit, causa etiā ablata. Accidit autē nōnūq; vt efficiēs causa pertrāsiens, non firmū in particula faciat affectū, quē Archigenes vmbra affectus vocare cōsueuit. **Oculorum imagines.** Veluti cū suffusioni similia quędā oculi imaginātur, collecto in ore vētriculi tenui excremēto, vnde vapores quidā subleuati, dein circūuētī a visifica facultate, similes imagines mouēt, quales per suffusiōes apparere cōsueuerūt. Idq; maxime euenire solet ijs, quibus oculorū humor exquisitē purus est, aut visifica facultas q̄ facillime sentit. Eandē ob causam, vbi sanguinis fluor, aut vomitus per morbos expectatur, huiusmodi accidētia interdū apparēt, de quibus Hippocrates in præsagijs, hūc in modū scripsit. Si cuipiā, inquit, **Hippocrates** in nō letali febre, caput dolet, aut ante oculos obscura quędā obuersantur, aut cordis dolor accidit, is bilē euomet. Ac paulo post. Quib⁹ vero in huiusmodi febre, caput dolet, oculi vero obscuras illas imagines nō vident, sed caligatiōe hebetātur, aut splēdētia quędā ipsis obijciūtur, ac pro cordis dolore, in alterutra parte, præcordia tēdūtur, neq; dolore, neq; inflāmatiōe infestāte, ijs pro vomitu sanguis e narb⁹ effluet. Hęc est verborū Hippocratis series, quibus docuit sepe numero cōtingere, vt ab humoribus in vētriculo collectis, imagines quędā oculis obijciātur, Quod si nihil oīno ab humoribus ascēdat ad oculos, quęadmodū vbi vel ad auriū, vel nariū meatus, vel etiā ad linguę corpus, id quod ascēdit trāssert, nullum huiusmodi accidētium euenire solet. Vnde manifestū est q̄ oportet oculos participes fieri eius dispositiōis, quę vētriculū infestat, si vidēdo debeat aīal errare. Cū itaq; rur⁹ dicat Hippocrates, Quibus deiectiōes biliosę exeūt, surditate superueniēte **Hippocrates** finiūtur, & quibus surditas præcesserit, desinit, si deiectiōes sequūtur biliosę. **Surditas.** Quis est autē adeo demēs itēpres, vt omittat in huius sermonis enarratiōe auriū affectū? Aut tū dicat nasci surditatē, quū bilis, q̄ ātea per aluū vacuari cōsueuerat, ad oculos efferat? Igit̄ semper icipere oportet a læsę actiōis instrumēto, deinde quęrere q̄ sit noxę mod⁹, vtrū videlicet dispositiō pmanēs, an adhuc fiēs, ita vt pseuerare nōdū nata sit, Qz si nūc quoq; fiat, vtrū causa quę affectū efficit, in ipsa parte cōtineatur, an per ipsam trāseat, inuestigādū est. Etenī arefacto immodice humore (quē crystalloidē vocāt) perseuerās erit noxa, & essentię ipsius proprius affectus. si vero crassus humor in pupilla cōstiterit, essentia quidē nondū læditur, verū accidētis causa in oculo ipso cōtinetur. Sed tū per ipsum trāsire dicitur, cū euaporās humor cōstitit in vētriculo, Qui vero partem quāpiā tunc solū arbitrat̄ esse affectā, cū in essentia ipsius permanēs fuerit dispositiō legislatoris munere, qui patrijs nominibus propria significata instituit, fungí videtur. Nam vbi vehemens dolor intestinum infestat, firmato in vna quāpiam parte dolore, vt **Intestinatorū dolor.**

Axioma.

quasi perforari videatur, quo pacto, vel nequaquam affici intestinum, aut affectum in ipso non esse quis dixerit: quibus interdum huiusmodi dolores excreto vitreo quodam humore, vel unico temporis momento finiuntur. Neque alia ab hac doloris causa tunc credi potest, idque ob naturale quoddam axioma (id est enunciatum) quod ex seipso ad huiusmodi dinotionem, fide habere videtur. Id enim quo tangente afficimur, & quo separato quiescit affectus, causam esse, apud omnes homines, in confesso est. Sic enim & ignem ustulatiois, & gladium sectiois causam esse, credimus, atque de singulis alijs similiter dicendum est. Ergo vacuatum humorem, infestatis mali causam fuisse, quo tempore in particula continebatur, putandum est. Sed an ob id quod vehementer infrigidat, aut calfacit, aut in totum per intemperaturam locum molestat, aut quia per continuas partes transit, eas ad excretionem vi quadam excitans, aut ob flatuosum spiritum ab eo exortum, qui continentem partem extendere potest, aut quia vio lenter impactus est, aut quia erodit, & mordet, nondum ex euacuationis ope manifestum est, quippe id solum constat, quod cum continebatur, molestiam inferebat. Igitur non solum putare oportet, huiusmodi humorem esse causam doloris, verum partem quoque in qua continetur, tantisper esse affectam, quoad ob humoris presentiam dolore cruciatur. Sic etiam affici aliquem dicimus cum aliquid extrinsecus incidit, vel calfaciens, ut ignis, vel refrigerans, ut nix, vel contundens ut lapis, quo separato protinus finitus fuerit affectus, nemine propter hoc dicente, partem non fuisse affectam, quod in ipsa nulla sit derelicta dispositio. Sic enim semper utimur & nomine affectus, & verbo affici. Proinde dicendum animam adhibere, quo utilitatem, tum in praesagio, tum in curationis ratione consequaris. Quippe nonnunquam a causa quapiam oritur affectus, sed ita oritur, ut separata causa, haud quam permanentem habeat dispositionem, interdum autem partim iam factus est, partim etiam dum fit. Saepenumero, quamquam fieri desinit, ablata causa, perseverans tamen manet dispositio. Veluti in dysenteria, mordax humor causa est affectus, utpote qui ab initio & absterget, & abradit, dein temporis tractu ulcerat intestinum. Quod si anteaquam ulcus induxerit, egredi desinat, affectus ipse nondum dysenteria dicitur. Si vero ulcere preoccupet intestinum quibus humor finiatur, non tamen simul finitur affectus. At vero nihil nos molestat in presentia, sermo paulo ante praemissus, quem etiam foreten (id est acerualem) vocant, quippe multa ad vitam haud inutilia, communem ex ipso sortiuntur dubitationem, de quibus priores, tum medici, tum philosophi, locuti sunt. Proinde superuacaneum esset ea nunc percurrere, michi praesertim, qui proposui hanc ipsam artis particulam ostendere dubiam. Interim enim cum domus sit, nondum est domus, sed tum domus est, cum tota facta est. An vero de quolibet morbo, dum sit, sed nondum factus est, eodem modo dicendum sit, haud ab re quaeritur, neque enim omnium quae fiunt eadem ratio est, quippe res similes, nullam naturalem figuram requirentes, protinus ab initio eadem constant essentia, dissimilares vero, & quibus varia est forma, essentiam generatione posteriorem habere possunt. Neque enim quum domus construitur, simul fiunt fundamē-

Dysenteria.

Soretis.

Morbis fies  
Morbis factus.

ta, parietes, fastigium, tegulae, ianuae, fenestrae ex quibus omnibus quodam modo compositis, atque in unam formam reductis, domus ipsius essentia composita est. Morbus vero & calidus, & frigidus & humidus, & siccus, protinus ab initio, cum primum corpus, temperaturae quae bonae valitudini debetur, limites excefferit, eandem sibi ipsi naturam habet. Quauis enim interdum adeo sit exiguus, ut neque a nobis cognosci, neque laborantium sensu percipi possit, nihilo minus tamen propriam habere speciem censetur. Haud aliter inflammatio quoque in quacumque animalis parte constiterit, siue maxima, siue minima fuerit, vnus atque idem erit affectus, non specie quidem, sed magnitudine varius. Caeterum quae possint aliqua affectiones in corpore consistere, adeo exiguae, ut non appareant, argumento est gutta longo temporis tractu saxum Gutta. excavans, de qua recte carmen hoc proditum est. Mollior assiduus saxum cauat ictibus vnda, neque enim vel vnus, vel duo, vel tres, vel quatuor aquae ictus, saxum ferientes, ac ne centesimus quidem, sensibiliter videtur saxum excavare. Neque etiam fieri potest, ut primo nichil efficiente, alter aliquid faciat. quippe qui habet eandem, quam primus habuit, ad saxum rationem. Ergo si secundus ictus in saxum quippiam effecerit, ipsum a primo ita mutatum fuisse necesse est, ut non omnino idem, quale ab initio fuerat, permanserit. Etenim si ipsum undique atque idem permaneat, atque agens quoque in ipsum causa, nempe aquae stilla, necesse est, quemadmodum a primo ictu non affectum est, ita neque a secundo, quod si fateare, neque tertius quoque ipsum afficiet (quippe de omnibus eadem ratio est) haud secus de quarto, & quinto, & reliquis deinceps omnibus, dicendum est. Etenim quoad eodem modo se habente saxo, eadem quoque causa accesserit, nichil amplius efficietur. Quae si a millesimo ictu, sensibilis videatur in saxo concavitas, ad singulos ictus, affectus in saxo nunc primum sensibiliter apparentis, millesima pars referenda est. Quum itaque causae agunt in corpus, species affectus ab initio est eadem, tamen ob exiguitatem non apparet. At vero huiusmodi affectus qui adeo sunt exigui, separatis causis facientibus, illico finiuntur, natura videlicet ipsos sanante. Natura vincit morbos exiguos. Quippe illi duntaxat externo egent auxilio, quos ob magnitudinem natura vincere non potest. Igitur eadem quoque ratione, quum primum mordax humor, aliquod intestinorum eroserit, quauis id quod factum est nondum videatur, nichilo minus dispositio ipsa sub dysenteriae specie comprehenditur. Sed ut natura, parua quaedam ulcera, quae nonnunquam eueniunt, ita & intestinorum abrasiones, nullo adhibito medicamento, sanare potest. Hac ergo ratione, falsum omnino est quod a quibusdam dicitur. Nullum per huiusmodi symptomata, in corpore relinqui affectum. Quod si verum esset, tamen intestina tum fuisse affecta haudquam negandum est, quum ab acredine excrementorum ipsa rodentium dolor notatu dignus euenire percipiebatur. Hoc igitur ad omnia quae posthac dicturi sumus, veluti elementum quoddam, obseruare debetis. Sitque hoc initium vię, qua inueniri debent sedes affectae, nullam actionem laedi, nisi pars quae ipsam facit afficiatur. Si enim quum vel dolor, vel tumor, aliquis eam infestat, omnino affici dicitur, multo ma-

Epilogus.

gis eam affici, læsa actione, fatendum est. ¶ Igitur iam supradictum est, quod ab excrementorum natura, affectæ sedis coniecturam facere possumus. id vero bifariam fieri constat, vel ab excretæ essentiæ proprietate, vel ab his quæ in ipsa parte continentur. Similiter diximus ab innatis interdum reb⁹, de locis affectis coniecturam sumi posse. Item ab accidentium quoque genere, quæ quidem non mediocrem habent inter se differentiam, sed hanc postea explicabim⁹. ¶ Nunc vero rursus ad principium sermone reducto, in singulis partibus tentemus inuenire notas, affectus carū indicantes, tum eos qui in ipsarum essentia consistunt, tum illos qui ipsis veluti instrumentis accidunt. Rursus separemus & discernamus a factis iam affectibus, eos qui etiam dum fiunt, & qui nōdum pertinaciter inhærent. Item causas quæ in affecta parte continentur, ab ijs quæ ea tanquā via duntaxat vtuntur. Quæ vero ex ijs alij componantur modi, satis constat. Præterea distinguere oportet eos qui per consensum accidunt, a proprijs. nam magis propriū fuerit idiopathian, id est propriū affectū, quā (vt medici solent) protopathiā, id est primarium affectum, nominare, veluti ex aduerso diuiso affectu per consensum a proprio. Ergo qui proprie vocabulis vti voluerit, primogenio quidē affectui, secundarium aut posteriorem, opponet, Eī vero qui per consensum infestat, proprium. Quāquā sæpenumero contingere potest, vt aliquis simul & per consensum, & propria affectione laboret, cum in affecta particula permanēs sit dispositio. Neque enim primario, sed secundario & proprie, ipsam tum affici dicemus. Id vero haud obscure in partibus externis videri potest. quēadmodum in corpore pleno, oborto ingenti pano ab vlcere, quum inductum fuerit vlcus cicatrice, permanet etiam dum panus, vel in suppuratam inflammationem transiēs, vel durum tumorem quem choerada, id est strumam, appellāt. At nemo primarios dixerit huiusmodi morbos, qui ob aliū præcedentem euenerunt, quippe per consensum facti ad huiusmodi permittuntur idiopathian, perinde ac si protinus ab initio protopathia (id est primaria affectio) ipsis accidisset, Cæterum in præsentia nō inutile fuerit, meminisse eorum quæ in libro de medicis nominibus diximus, vbi de significatis est sermo, quæ pessime a recentioribus tum medicis, tum philosophis confunduntur. Vt enim affectio & actio diuersæ sunt voces, ita diuersus quoque est earum vsus. Quippe id agere dicitur, quod ex seipso motum obtinet. Affici vero, quod motum habet ab alio. Quum itaque duo sint motus genera, alterationis, & lationis, vbi ad permanentem dispositionem alteratio peruenerit, sitque dispositio scilicet præter naturā, morb⁹ appellatur, quāuis per abusionem interdum, eandem dispositionem nonnulli affectum nominent, qui si more Græcorum patrio nomine vterentur, partes ipsas potius affici dicerent, quum motum sustinent præter naturā, quum vero dispositiones habent præter naturam, si proprie quis loquatur, agrotare eas potius, quā affici dicet. quod si ab vsu recesserit, non solū egrotare, sed affici quoque dicere poterit. Equidem quod semper dicere consueui, nunc quoque dicam. quod in ea doctrina, qua de arte quapiam agitur, satis est, si quis vocabulū

Affect⁹ per consensum  
Affect⁹ proprius.

Choeras.

Medicina.

Actio  
Affectio.

Motus genera duo.

Morb⁹.

Vocabulorum vsus.

atque significatum eius, pro doctoris voluntate proferens, procedat deinceps ad rerum enarrationem. Admonui autem nunc significatorum, eo quod nonnulli, non solum patriorum vocabulorum significata peruertunt, verum etiam eos qui recte ipsis uti tentant, calumnia prosequuntur, de quorum numero sunt hi quoque, qui dicunt, interdum laesa actione, partem ipsam non laedi, eo quod nondum permanentem habet dispositionem, veluti ubi propter humores in ventriculo contentos, caput dolet. Quod si commutata ratione, si de nominibus certare desieris, magis proprie interpretando dices, affici quidem caput quando ventriculo consentit, aegrotare vero, cum proprio affectu laborat. Similiter ventriculum affici quidem quum a vitiosis molestat humores, aegrotare vero, aut per propriam intemperiam, aut quum inflammationem, vel vlcus, vel abscessum habet praeter naturam. Quod si omnino accuratiori scrutinio volueris huiusmodi quaestiones enodare, interdum simul atque alimenta fuerint corrupta, coctionis quoque actionem laedi dices. Interdum hanc quidem non laedi, illa vero esse vitiosa. Quippe corruptionis ciborum tres primae, ac veluti generalissimae sunt differentiae. Vna quidem fit per proprios ventriculi morbos, Altera a vitiosis humoribus in ipso accumulatis, Tertia ab alimentorum qualitate inducitur. Haec igitur quum suapte natura, vel vaporosa, vel acida, aut foetida, aut putredini, aut omnino corruptioni, fuerint obnoxia, aut ex preparationis modo, ad huiusmodi dispositionem aliquam deducta, certum est ea in ventriculo corrumperentur, atque hoc modo cruditates fortasse fieri dixeris. Sed oritur protinus discordia, nunquid afficiatur tum ob haec concoquendi facultas, quippe nonnulli per huiusmodi cruditates eam haudquaquam affici contendunt. Alij vero e contrario. Atque inuenitur tertia quoque secta, eorum qui huiusmodi alimenta in crudari negant, quibus ea haudquaquam concocta esse fateantur, tanquam non sit idem, per negationem aliquid enunciare, aut per priuatiorem vocatam a dialecticis dictionem. Idem intellexisse Erasistratum puto, quum acinos, & sesama, & reliqua omnia quae omnino incorrupta, & immutata deiciuntur, nullam dixit indicare in animalibus factam esse cruditatem, sed hoc ipsum duntaxat, quod non essent concocta. Igitur ut in his quidem ea quae propria sunt non negligere, ita ea quae ad affectus sedis notitiam conferunt, accurate considerare oportet. Hinc enim & id quod futurum est praesagire, & affectum iam factum decenter curare poterimus, itaque sine contentiosis nominibus, ex rebus ipsis utilitatem consequi licet hoc modo. Esto ut quispiam mane exurgens dicat, fumosum se ructum emittere, aut aliquid huiusmodi, ut ab ouis frictis, aut alia quapiam re foetente, & putri. Ille itaque qui fumosum ructum percepit, fateatur se a coena placentam nidore plenam comedisse, quales sunt quae ex oleo & iuris & alijs huiusmodi praeparantur. Alter vero confiteatur, fricta oua ingestisse, atque nunc illorum nidorem eruere. deinde alius complures radicales comederit, ut foetes putrisque exeat ab eo ructus. Igitur cibos in ijs non bene fuisse concoctos nemo negat. quibus ex hac re ventriculus haudquaquam fuerit affectus, neque etiam quod ad ipsius rationem pertinet, circa actionem errauerit, haud aliter quam ubi quis integros acinos per

Affici  
AegrotareCibus trita  
ria corrum  
pitur.

Cruditas

Ructus fu  
mosus.Itria  
Oua fricta  
Radicalē.

## GALENI DE LOCIS AFFECTIS

Ructus fu-  
mosus.

Paris  
Chondrus  
Mel

Vomitio

aluum deiecerit, si enim humani ventriculi officium esset acinos transmutare, accusaremus ob hoc ventriculi corpus, ipsumque vitiatum esse putaremus. Cum vero id sui muneris non sit, sed acinorum essentiae accidat, ut concoqui nequeant, haud ab re dicemus, hos quidem non esse concoctos, ventriculi vero corpus naturaliter sese habere. Quippe hoc & nosse, & definire ad medicum haud inutiliter pertinet. Sed quaerere an dicendum sit actionem ipsius per huiusmodi excrementa fuisse leuam, an contra, ad medicae artis opera superuacaneum est. ¶ Age rursus ut quilibet fumosum ructum emittat, nimirum huic igneum quandam calorem in ventriculo esse dicemus. Ac deinde rursus distinguendo inuestigabimus, utrum ab intemperie corporis ipsius ventriculi, hoc eueniat, aut a flaua bile, eaque vel in ipsius spacio contenta, aut in tunicas, ita ut vix abstergi possit, demissa. At ne hic quidem consistemus. Nam quaerere oportet, an iecinore male suo officio fungente huiusmodi humor accumulatur, an is ex vniuerso defluat corpore, An etiam in ipsomet gignatur ventriculo. Haec sunt cognita perquam necessaria, sed quae viro indigent exercitatae considerationis, qui res ipsas potius quam nomina quibus explicantur scire studuerit, ut enim corruptionis, proprietatis efficientem causam aperte indicat, ita difficile est ipsius generationem, praefinita ostensione manifeste inuenire. Igitur si in ventriculo cibi non suapte natura in fumum transmutantur, efficientem causam calidam, Si vero saporem acidum referunt, eam frigidam esse necesse est. Sed non protinus constat, utrum intemperies aliqua, an vitiosus quispiam humor, ventriculi corpus infestet. Proinde distinguendum est, quippe dare oportet cibos qui suapte natura modo corruptionis quam maxime aduersentur, ut panem aut chondrum (si contigerit) illis qui in fumum transmutare cibum consueuerunt, mel autem his qui acidum a cibo saporem percipiunt. Deinde considerare excrementa, tum ea quae vomuntur, tum quae per aluum deiciuntur, num humor aliquis, cum illis quidem biliosus & calidus, cum his vero pituitosus ac frigidus, simul excernatur. An nullo vacuato humore, ipsa exigua quandam mutationem habeant. Quippe ubi igneo calore ventriculus infestatur, panem aut chondrum sine humore deijci videbis, perquam exigua in ipsis facta transmutatione. Quod si humor quoque deiciatur, qui cibum corrumpere possit, videntur cibi in huiusmodi humore submersi, & ab ipsius actione manifestius alterati. Id quod a vomitione clarius discernitur, si laborans suapte natura facile vomere possit. Nam cogere eum qui vomere non potest, absurdum est. Atque haec ita deprehenduntur, si in spacio ventriculi noxius humor contineatur, Si vero in tunicas ipsius transmittitur, ut ad calidum nausea, & sitis vehemens consequitur, ita a frigido ciborum cupiditas, excitari solet. Verum considerare oportet, utrum illesum sit epar, an affectu quopiam laboret, & qualis sit ipsius affectus, utrum calidus, an frigidus. Haud secus de splene quoque, quippe ex horum omnium consideratione, simul cum quotidiana ciborum potionumque experientia, exquisite poterit quis inuenire, non solum locum affectum, sed etiam ipsius dispositionem. Haec autem notitia eo est utilior, quo facilius curationis proprietates per ipsam figuratur. Etenim calida



dispositio, vbicunq; fuerit, semper refrigeranda est. Sed quousq; aut quomodo, aut qua materia refrigerare conueniat, locus affectus commonstrat. Igitur si id ipsum quod molestat, nihil aliud fuerit q̄ intemperatura, calidam refrigerando, & frigidam calfaciendo, ilico iuueris hominem. Neq; nudam duntaxat opinionem, verum etiam scientiam, & quidem haud obscuram, susceptam habebis coniecturae, idq; multo magis, si vtriusq; ipsam examinaueris, refrigerantibus tum medicamentis, tum victus ratione, videndo hominem sanari, a calorificis vero ledi. ¶ Quod si humor quispiam in ipsis ventriculi tunicis contineatur, nausea quidem vexabit, sed inanis, & sine vomitu, & quae irritat duntaxat, nullum humorem euacuans, quemadmodum fieri solet, vbi secundum internam spacij latitudinem, in ventriculo humor continetur. ¶ Caeterum ructus ab alijs acidis, ab alijs fumosi emittuntur. Auxiliatur autem illis quidem medicamentum ex tribus piperis generibus institutum, aut aliud, quod huiusmodi habeat facultatem, ex aqua vel vino epotum. His vero, tum ablynthium, tum hiera ex aloe facta, quam nonnulli picram quoq; appellat. Igitur si per primam protinus experientiam, a familiaribus medicamentis, in vtroq; humore, manifestum videatur auxilium, simul habebis, & notitiam artificiosam, & modum curationis. si enim ipsis vti perseueraueris, homo sanitati restituetur. Quod si a solitis auxiliari medicamentis, vtriusq; dispositionem noxa consequatur, deceptum te circa notionem inuenies. Quippe certissima omnium huiusmodi dispositionum notitia, ab his deprehenditur, qui intellegunt, quibus quolibet praesidijs, ad bonam valetudinem reduci possit. Sic equidem quosdam colicos vocatos sanavi, dato in potu medicamento ex aloe, quippe coniciens, mordacem humorem ad affecti intestini tunicas defluxisse, dato medicamento speravi omnino huiusmodi dispositionem fore quietiorem, quod vbi contigit, intellegens recta me ductum coniectura, rursus plus ipsius exhibui. Sed quid me ad hanc coniecturam promouerit, operae precium fuerit enarrare. Vidi hominem a calidis, tum cibis tum medicamentis, atq; ab omni calorifica victus ratione irritari, rursus iuari ab alimentis boni succi & temperatis nominatis, Insuper inedia ei noxam inferre. doloris vero speciem percortanti michi, mordacem esse, respondit. qua de re multo magis sperans, ad veram me peruenisse notitiam, ausus sum amarum ei medicamentum exhibere. Postremo conspiciens hominem mirifice adiutum, quae fuerit dispositio, efficaciter me deprehendisse putavi. ¶ Fuit alter quem cibi concoctu faciles irritabant, hic de praecedentibus interrogatus, respondit, se in hanc deductum dispositionem, sumpto purgante medicamento. Rursus interrogans, quid ipsum ad sumendum medicamentum promouisset, intellexi mordaces, edacesq; dolores, multo tempore ventriculum infestantes, fuisse in causa, coniectans itaq; vitiatum fuisse a purgante medicamento intestinum, ac dispositum ad fluxiones, vt facile reciperet ex hepate redundantes humores, qui deinde corrumperentur, cibum exhibui haud ita facile corruptibilem, & astringentem, vnde & mordaces dolores mitigati sunt, & nichil postea excreuit, quum antea protinus, vt mordacitatem sentiebat, corrupta quaedam,

b.j.

Nausea

Ructum fantia

Hiera

Colica

Noxia

Iuuantia

& liquida, & foetentia excernere cogeret. Quumq; multo post mordicationem tempore ea deijceret, ad superiora intestina dispositionem ipsam pertinere conieci. Ita in alio quoq; ubi celeriter a mordicatione sequebatur excretio, dispositionem ad inferiora retuli intestina. Hunc igitur iniecto clystere, illum vero dictis iam cibis exhibitis, sanavi. quippe certo sciebam quod proximae vetriculo partes, exhibitis superne, tum cibis, tum potibus, quae vero non ita multum a sede distant, inferne iniectis medicamentis, propius adiuuarentur. Atq; si alter quispiam intestinorum affectus est, distinguere oportet. ¶ Sunt enim notae quaedam affectibus propriae, quaedam vero ad partes affectas pertinent, ut coctio vitata, vetriculi est accidens, at ciborum ad fumosum, vel acidum, ructum conuersio, ad causas & affectus ipsos referenda est. Sic autem de intestinalis & tempus exitus, & excrementorum species, atq; accidentium differentia, cum ijs quae praecesserunt, simul & affectum ipsum, & partem in qua consistit, ostendere possunt. Ergo age ut per ventrem excrementa quaedam deijciant, aliquando quidem rameta, aut veluti membranarum rasura, aut cruetum aliquid, ac aliquando simul oia, intestinum vlcere affectum nemo dubitauerit. At vero utrum in exilibus intestinalis, an crassis vlcus consistat, nondum manifestum est. Sed, ut nuper dicebamus, & ex rasura, & exitus tempore, & (ut tertium addat) ex mixtione cum stercore, ut modo magis, modo minus, interdum nequam misceat, distinguere oportet. Quippe infimarum partium vlcera, nullas omnino vlcerum habent notas alui excrementis admixtas. earum vero partium, quae paulo altius collocatae sunt, vlcera, mixtas quidem cum stercore habent notas, sed id leuiter duntaxat. Quemadmodum si multo sint altiores, vehementior erit mixtura, praecipue vero in supremis intestinalis, vlceris notae vehementer sterco-ri videntur admixtae. ¶ Porro accidit interdum, ut ex vno indicio, simul & locus, & dispositio, deprehendantur, aut locus, vna cum causa, veluti locorum notae, & ab actioe laesa, & excrementis, & positu, & doloris proprietate, & proprijs accidentibus sumuntur. Affectuum vero, & ab excrementorum specie, & loci natura, & doloris proprietate, & proprijs accidentibus. ¶ Sane actio laesa, affectam partem indicare potest, & quidem hoc modo. si enim accidens aliquod circa cernedi officium euenerit, oculum affici constat. verum an proprio affectu, an per consensum, aut utroque modo laboret, alia consideratione inquirendum est. ¶ Excrementorum species, affectam partem indicat, veluti iam antea dictum est, & per partium ipsius essentiam, & per contenta in ipsa. Ac positus quoque, affectam partem nimirum demonstrare sufficienter potest. quippe durus in dextra praecordiorum parte tumor, non lienis, sed iecinoris affecti, nota est. quemadmodum si fuerit in sinistra, non hepatis, sed splenis affectum portendit. Ac positus, interdum, ubi similiter se habent excrementa, affectam partem demonstrat. Si enim membranosa tunicae frustulum excernatur, id vlcus esse alicubi ostendit, verum in qua sit particula, ex positu discere poteris. Nam si vomendo fuerit reiectum, aut gulae, aut vetriculi. si tussiendo, gutturis, aut asperae arteriae. si screando, faucium. si cum vrina, eius fistulae. si a sede, alicuius intestinorum. si per mulieris pudenda, vteri affectum

Dysenteria

Quiq; modis locus deprehenditur  
Quatuor modis affectus deprehenditur  
Actio laesa  
Excrementa

Positus

portendit. At vero constat, quod singuli dolores, pro positus varietate, affectum locum ostendere possunt. Hoc etiam pacto, ea quae supra proposuimus distinguere oportet. Quippe apparentibus per vomitum vlceris notis, animaduertendum est, vtrum anteriores partes circa praecordia, aut posteriores circa dorsum, dolor aliquis infestet. Etenim qui in anterioribus percipitur, ventriculum, qui vero in posterioribus, gulam occupare censetur. Haud aliter os ventriculi, a spacio ipsius distinguendum est. si deuoratis quibusdam acibus, hoc quidem in ore ventriculi, aut in parte inferiore mordicationem excitet, illud vero in thoracis meatu. Omnia enim haec positu definiunt, quemadmodum alia ex doloris specie. Verum de doloribus latius in secundo libro dicemus. Sed nunc exemplum aliquod afferre, opere precium videtur, quomodo scilicet affectus locus, ex proprijs accidentibus innotescat. Nam supra diximus, singula quae vulneribus adnascuntur, propria ostensionem habere, id vero in praesentia subiiciendum est. Ore quidem ventriculi affecto, fastidium infestat, per hepatis vero imbecillitatem, excrementa per aluum deiecta, aquae in qua carnes nuper macatae, ablatae fuerunt, simulantur. item maxillae rubrae apparent in peripneumoniacis. ¶ Quinetiam propriae affectionum ipsorum notae, in excrementis deprehenduntur. vt ramentum, vlceris. si in vrina sabulosum residet, lapidis. cucurbitae vero seminibus similia excrementa, latiorum vermium indicia sunt. ¶ Atque a locis ipsis, morborum indicia sumuntur. eo quod quibusdam solis, morbus hic accidat, quibusdam vero solis, nunquam eueniat, quippe soli oculi, suffusione laborant. lapis in renibus, & vesica, dumtaxat nascitur, atque (vt nonnullis placet) etiam in colo. Lumbrici in intestinis gignuntur. Rursus impossibile est, vt abscessum cor sustineat. quemadmodum neque pulmo, neque syndesmi, dolorem. ¶ Ab accidentium quoque proprietate, affectionum indicia oriuntur. Nam quibusdam per tabificos morbos vngues adunci euadunt. Intempestius horror cum febre, inflammationis ad suppurationem transeuntis, indicium est. Lingua nigricans, ardentem febrim portendit. Sic etiam coloris in vniuerso corpore proprietas, alia quidem per hepatis, alia vero per splenis affectus apparet, ita vt doctum medicum haudquaquam possit fallere, sicut ne color quidem quem haemorrhoides induxerunt. ¶ Caeterum paucae admodum sunt ipsorum affectionum notae, quae non simul locum affectum ostendant. Etenim vt actionum noxae, affectam dumtaxat particulam, ita earum differentiae, ipsius affectum declarant. ¶ Haec ergo sola sunt affectionum propria signa, quae per accidens ipsos sequuntur, id vero clarius in vniuerso huius operis discursu patebit. Necnon videbuntur communes quoque notae, quae simul & affectum, & sedem affectam, aut duos affectus, aut duas particulas indicare possint. ¶ Huic itaque libro in praesentia finem imponere statui, si de proprijs affectibus, & ijs qui per consensum eueniunt, aliquid addidero, admonens in primis quod affectus, qui a reliquis medicis primarij vocantur, equidem commodius proprios affectus appellauerim, quanquam nichil refert, si eos primarios nominare volueris. Quippe satius est rerum differentias intellegere

Propria accidentia

Excrementa

Locus

Accidentia propria

Color corporis

Proprius affectus  
Affectus per consensum

re, quam contendere de nominibus. ¶ Sane quum vel vapores vitiosi, vel ipsi quoque humores, a ventriculo ad caput ascendunt, mens læditur. primogenio igitur cerebrum affectu tum laborare, dicit nemo, quãquam omni affectu carere ipsum, haudquaquam defendi potest. Verum id quod de huiusmodi affectibus in confesso est, quod scilicet per consensum afficiant, verissimum est. quippe ex hoc vocabulo ( per consensum affici ) partem non penitus ab affectu esse liberam, sed ipsam cum alia affici, declaratur. Atqui melius, clariuscq; enarraueris, si eam partem quæ per consensum afficitur, ab altera affici dixeris. ¶ Igitur quod multi medicorum veluti somniantes obscure intellexerunt, atq; ipsum vtpote non intellegentes haudquaquam clare enunciauerunt, id equidem veluti instituto operi perquam necessarium, docere aggredior, inde sumpto initio. Sunt nonnullæ actiones, quæ idonea indigentes materia, ipsam ab alijs partibus præparatam accipiunt, qua de re interdum optima ratione fit, vt nulla existente in actionis cuiuspiam proprijs instrumentis, noxa, actionem ipsam perire contingat, defectu scilicet materiæ, ex qua fieri consuevit, veluti in voce res sese habet. Nam in libro quem de ipsa conscripsimus, ostensum iam est, quod flatus, materia quidem vocis est, & efficiunt eum commisso thorace, intercostales musculi. Igitur his nihil agentibus, animal vocem amittit, & quidem nullo interdum in proprijs vocis particulis, apparente affectu. Sunt vero huiusmodi partes, summatim quidem loquendo, totum guttur. Si vero particulatim explicare volueris, sunt tres cartilagines, a tribus motu musculis, quibus accedunt nerui a cerebro demissi. Est præterea in gutture ligula ( Greci epiglottida vocant ) hæc maxime proprium vocis instrumentum est. Etenim quum moderate & aperitur & committitur, vocem efficit, quanquam vocem reddi impossibile est, nisi vehementer spiritus egrediatur, id vero, intercostales musculi perficiunt. ¶ Cecidit quidam ab alto, ita vt dorsi initium affligeretur, is tertio die exiguam admodum vocem emisit, quarto deinde die omnino obmutuit, resolutaq; simul fuerunt crura, manibus omnino illæsis, sed neq; spirationem amittebat, neq; difficulter spirabat. Quum enim tota sub ceruice spina esset resoluta, accidit thoraci, vt & septum transversum, & musculi superni, numero quidem sex, mouerentur. quippe nerui ex spinali medulla, quæ in ceruice est, ipsis adueniunt. At intercostalium musculorum nerui, per quos flatum fieri diximus, omnes affecti erant. Quum itaq; frustra medici negocium subirent, circa crura quidem, vtpote resoluta, circa guttur vero, propter vocis affectum, equidem id interdixi, atq; affecto duntaxat loco curationem adhibui. Proinde finita tandem spinæ inflammatione, a septimo die vox restituta est iuueni, & crura motionis facultatem recuperauerunt. Huiusmodi ergo noxæ speciem, magis proprie per consensum euenire dixeris, q̃ ubi ab humoribus in ventriculo contentis, caput dolore tentatur. quippe per huiusmodi dispositiones, eleuatur ad ipsum aliquid, sed in dictis nuper dispositionibus, nihil noxium ad crura defertur. Nam contra, priuantur ea facultate, quam antea spinalis medulla

Per consensum affici

Vox

Vocis instrumenta.

Vox vitata

íplis suppedítabat. Guttur vero, quum vox ablata est, non omnino priua-  
 tur spírítu, quippe spírare animal per ípsum, etiandum videmus. At vero  
 flatum amittit, qui quídem fieri solet, cum affatím plurimus spírítus per  
 guttur animalis foras effertur. Sed de nomínibus contendere cæteris per-  
 mittamus, nobis enim res, quas illi penitus ignorant, pertractare satis fue-  
 rit. Quippe aliter dolet caput, ubi contenti in ventriculo humores eleuan-  
 tur, qui simul & calfacere, & distendere caput possunt. atque aliter per suf-  
 fusiones, apparent vísa quædam, neque calfactis, neque intentis oculis, sed Suffusio  
 solo vapore per ípsos transeunte. Præterea aliter affici videtur is, cui mea-  
 tus a cerebro descendens obstructus est. Aliter ille (quãuis huic quodam  
 modo sit similis) cui propter spinæ inflammationem resoluta sunt crura,  
 atq; aliter is, cui vox aut perijt, aut vitiatã est. Etenim ad crura facultas quæ-  
 dam, sed citra essentiam, descendere prohibita est, ad oculos vero cum essen-  
 tia. verum ad guttur, quãuis materia perueniat, sufficiens tamẽ ipsius quã-  
 titatis haudquaquã accedit. Qui vero ob intercostalium musculorum per-  
 forationem obmutuit, is totam vocis materiam amisit. Porro quemadmo-  
 dum crura, per dictas spinæ dispositiones resoluuntur, ita etiam guttur,  
 vocalibus nervis vel incisis, vel laqueo interceptis (Vocare autem vocales Vocales  
nerui.  
 nervos consuevi eos, quos ipse inueni. Nam præceptores mei eos dunta-  
 xat qui ad arterias pertinent, cognoscebant) atq; ob horum quoque vitia,  
 vox perire solet. quoniam proprii gutturis nervi, quos equidem recurren-  
 tes nominare sum solitus, ipsorum essentia pars esse censentur. Sed quum Nervi re-  
currentes  
 ad multas alias partes distributi perueniant, nullam habeo aliam magis  
 propriam appellationem, ea qua vocales ipsos nominaui. quippe ad instru-  
 menta vocẽ concinnantia, proprie pertinent. Atq; idem est modus, quo gut-  
 turis musculi lædunt, siue recurrẽtes, siue hi qui iuxta arterias sũt, vitient. v-  
 trinq; enim animalis facultas desiderat, sine qua a cõsilio, & volũtatis im-  
 perio, moueri potest nemo. Et quídem incisis musculis, qui ligulam (id est  
 epiglottida) mouent, animal penitus mutum euadit. sed neq; simili omni-  
 no modo, neq; etiam in totũ diuerso, ab eo quo læsis nervis, vox perit. Nã  
 vtriusq; noxa, hoc cũ altera habet cõmune, quod ligula cõtinuitate, quã ad  
 mouẽs principium habet, priuat. id vero fieri solet siue nervus, siue musculus  
 incidat, aut laqueo intercipiãt, aut contũdatur, aut quolibet aliter vitietur.  
 Equidẽ vocẽ vitiatã fuisse memini, adeo vt pene perderetur, infrigidatis ve-  
 hemẽter nervis recurrẽtibus, quũ per hyemẽ ceruix fuisset incisa. quod quũ  
 intellegere, calorificis remedijs naturalẽ tẽperaturã nervis restituens, vocẽ  
 reuocaui. Cæterũ vt ob materiẽ priuationẽ, perforato thorace, ita etiã aspe-  
 ra arteria tota incisa, vox perit, qd nullus supersit spírítus, qui ad propriũ  
 vocis instrumentũ trãsmittatur. Idẽ efficit, sed alio modo, laqueus collo cir-  
 cundatus. verũ hic nõ solũ mutũ reddít aial, sed etiã suffocat, tollẽdo scilicet  
 spírationẽ. Arteria autẽ dissecta, voci quidẽ nocet, sed aial respíratione nõ  
 priuat. Angina vero vocata, quũ sit internarũ gutturis partiũ inflãmatio, Angina  
 strãgulationi proportiõe respõdens, respírationẽ tollere potest, ipsius mea-  
b. iij.

tum obstruendo. Idcirco vocalis instrumenti, maxime proprius affectus est, ac deinceps externorum ipsius musculorum noxa est. Cæteras partes omnes quarum meminimus, non proprie, sed per consensum potius afficit.

Choerades

¶ Quum ex ceruice quidam choeradas ( id est strumas ) in profundo incumbentes excideret, vnguibus eas euellens, imprudens ob ignorantiam simul recurrētes nervos distraxit, atq; hoc pacto puerum liberauit a strumis, sed mutum reliquit.

choerades

¶ Quidam alius, in alio puero sectionē faciens, ipsum similiter semimutū reddidit, læso videlicet altero dūtaxat nervo. Mirabantur vero omnes, quo pacto neq; aspera arteria, neq; gutture affecto, vocem lædi contingeret, qui quum vocales nervos ( me ostendente ) conspicerent, admirari desierunt. Quibus igitur partibus, vel materiæ, vel facultatis copia, non transmittitur, actionem lædi probabiliter dixeris, parte ipsam faciente nequaquam læsa. At vero si vel a vaporibus, vel humoribus aliunde ad ipsam venientibus, lædatur, eam non recte dixeris illæsam. Neq; minus etiam probabile est, partem vel materiæ, vel facultate priuatam, lædi, utiq; si

Dialectica  
pblemata

officium suum, quum hæc reciperet, secundū naturam exercere posset. Proinde ex huiusmodi in vtranq; partem conatu, dialecticorum problematum consideratio, neq; ad affectuum notitiam, neq; ad curationem, neq; etiam ad futurorū euentū prælagia, quicq; utilitatis afferre posse videtur. Animaduertas ergo velim, quomodo equidem curationem ex affecti loci notitia

Digiti resolu-  
luti

inuentam, hac consideratione neglecta, narrare aggredior. ¶ Occurrit mihi quidam, medicamentum tribus digitis adhibitum ostendens, dixitq; triginta iam diebus, sensificam ipsorū facultatem se amisisse, illæsa seruata motione, sed nihil præsidij ab impositis medicamentis percipere. Ego vero id quod in huiusmodi casibus facere consueui, ne tunc quidem obliuioni tradidī. quippe vocato medico qui digitorum curationem susceperat, interrogauī cuiusmodi remedia adhibuisset, quæ quum intelligerem ad hanc rem esse idonea, causam inuestigare coepi, cur nullum ab ipsis homo præsidium consequutus fuisset. inquirens itaq; quæ præcesserant accidentia, inueni, ipso dicente, neq; inflammationē, neq; refrigerationem, neq; ictum præcessisse, sed ipsum paulatim sensum perdidisse. Captus itaq; admiratione, rursus interrogauī, num superiorū partiū aliqua icta fuisset? ille respondit, digitos quidē nō fuisse ictos, sed dorsi initiū fuisse afflictū. Deinde quomodo, & qn̄ id accidisset quū interrogarem, respondit, se quū Romam proficisceretur, a vehiculo decidisse, ac non multo post digitorum inceperat affectum, quocirca coniecturam feci, neruorum qui primi a septima vertebra procedunt, partē quampiam ob ictum fuisse inflammatam, ac nunc duram habere dispositionē. Id vero intellexi, doctus ex arte secandi corpora, quod nerui per propriam circumscriptionem, veluti venæ, exoriri vidētur, adeo vt vnūquemq; exquisite vnum esse putares, quemadmodum & venam. Verum protinus ab origine multi sunt simul concreti, qui cōmunibus vinculis contēti, a cerebri membranis exoriuntur. Ergo neruorū, qui a ceruice procedūt vltimi exigua pars, ad minores peruenit digitos, per cutē ipsos cōtinentē, ac præterea per

medij digiti medietate dispersa. Quod vero ceteros medicos in maximam du-  
 xit admirationem, quod media duntaxat pars afficeret, id mihi persuasit po-  
 tissimum, eam tantum nervi partem que in cubito ab ipso egrediens, in iam pro-  
 positis digitis finitur, esse affectam. Igitur adhibitum ei medicamentum abijcere  
 iubens, illi precipue spinæ parti, quæ in affecta particula principatum obti-  
 nebat, ipsum adaptavi. Secutaque est res, ut aspicientibus videbatur, & admi-  
 rabilis, & inopinata, quod digiti manus adhibitis spinæ medicamentis essent  
 curati, & ab affectu omnino liberi. Sed orta est inter medicos questio, quænam sit  
 eiusmodi nervorum dispositio, ut per ipsam servato eorum motu, sensus pereat.  
 Equidem id ipsum dicebam, quod priores medici dicere solebant, quod scilicet sen-  
 tire per affici, moveri vero per facere aliquid, explicat, quapropter ut quis mo-  
 ueatur, opus est robore, sed ut sentiat, vel minima facultas sufficit. Cumque recte  
 me hunc dixisse sermonem putarent, quid igitur (inquit) nunc vidistis aliquando con-  
 tra evenire, quam ut servato sensu motus periret? Tunc ceteris fere omnibus se nunquam  
 conspexisse dicentibus, unus id confiteri audebat, ac nomine laborantis citato, tes-  
 tes quoque adhibere pollicebatur. Quis hoc cum proposita ratione pugnare  
 videret, in partibus motis illis quidem, non vero sentientibus (etenim quod ad hanc  
 rationem pertinet, fieri haudquam potest, ut perditio sensu, motus a voluntatis  
 imperio prodiens servetur) rursus orabant, ut causam explicarem, quamobrem  
 utraque appareat. Ea vero (ut plane intellegunt illi, qui nervorum dissectionem di-  
 dicerunt) talis est. Omnis ab impetu prodiens motus, ad musculorum officium  
 pertinet, quippe nullus nervorum per se, sine musculo, ullam huiusmodi in-  
 astantis particulis actionem efficere possunt, sed per musculos, omnes a consilio &  
 voluntate procedentes motus perficiunt, ad partes vero movendas, musculi ipsi  
 aliquando quidem manifeste perveniunt, aliquando vero per medios tendones, quos  
 aponeuroseis (id est a nervis ortos) aliqui conominant. Atque ex hoc gene-  
 re sunt tendones, quibus digiti moventur, haud absimiles his, qui toni ab  
 Hippocrate nominantur, rotundi scilicet. Si itaque musculorum nervos affi-  
 ci contingat, motus digitorum perit. si vero eos qui ad cutem perveniunt,  
 tangendi sensus corrumpitur. Sed ubi tota resolvuntur membra, cum videlicet  
 commune principium affectum est, simul & sensus & motus pereunt, atque tunc lo-  
 cum primario affectum, ex læsorum nervorum multitudinem duntaxat, invenire pote-  
 ris, idque, si exquisite cognoveris cetera ipsorum principia, quæ in nervorum dissectione  
 percurramus, cum nullus ante me huiusmodi dissectionem accurate tractasset,  
 utpote nemine non plus minus errante. Igitur solus ille, qui in ipsis fuerit  
 exercitatus, exquisite considerare poterit, in qua vertebra, spina sit affecta, si-  
 ve tota, si ve altera eius pars afficiatur. Nam accidit, ut dextera pars duntaxat  
 afficiatur, altera omnino illæsa, aut e contrario, ut illa manente integra, sola sini-  
 stra affectum sustineat. Atque hac ratione, interdum tota pars sinistra resolvitur,  
 dextera parte manente illæsa, interdum contra, dextera pars duntaxat & afficitur,  
 & resolvitur, ubi vero non affecta spina, tantum unus nervi processus læsus est,  
 eas duntaxat partes resolutio consequitur, in quas nervus ille distributus est.  
 Accidit enim interdum, ut duo, aut tres duntaxat nervorum processus afficiantur

Sensus amissus  
 illæso  
 motu.

Motus volun-  
 tarius.

Tendones

Toni

Paralysis

b.iiij.

tur, quū interim spinā nulla noxa infestet. Sic affectus erat is, qui per reli-  
 quas quidē manus partes oēs, ita fuit resolutus, vt neq; sentiret, neq; moue-  
 retur, sed in tribus solis digitis sensum habebat integrū. Porro cuidā alteri,  
 non solū ij manserūt illēsi, sed etiā eorū musculorū, in quos neruorū propa-  
 go sub septima vertebra exorta distribuitur, motiōes seruatae sunt. Atq; ali-  
 us, ob casum ab alto vehementer afflictus, solos eos musculos resolutos ha-  
 buit, qui huius nerui partes suscipiūt. Idem etiā in ijs duntaxat cutis parti-  
 bus sensum amisit, ad quas prēdicti nerui ramusculi demittunt. Igitur si sci-  
 re desideras in qua vertebra sit affectus, vtrū in sola nerui cuiuspiā propagi-  
 ne, an in spinali quoq; medulla, resolutos musculos ex anatomicē cōsidera-  
 re oportet, ac simul eā cutis partē quæ sensum amisit, nā spinali medulla in  
 aliqua vertebrarū affecta, oēs partes inferiores resoluuntur. **Q** si in altera  
 parte ledatur, altera manēte illēsa, partes duntaxat quæ illi e directo respō-  
 dēt, resolutio infestabit. Si vero nerui radix afficitur, reliquæ partes oēs affe-  
 cto loco inferiores, quibus singuli nerui distribuūtur, resoluētur. Hæc si ac-  
 curate didiceris, nullo negotio circa resoluta mēbra relicta spina occupabe-  
 ris, huic enim adhibitis remedijs, partē affectam curabis. Sic etiā si nō circa  
 spinā, sed in regione illam sequēte, neruus afficitur, partim ex musculis, par-  
 tim ex cute, quærēdæ sunt notæ. Cutem quidem facile est cognoscere, nam  
 oculis subiicitur, Musculi vero ex actione quę perijt deprehenduntur. Pro-  
 inde necesse est, circa musculorum sectionē, te exercites, vt cognoscas, cuius  
 actionis quilibet sit instrumentum, Sic enī duntaxat discernere poteris par-  
 tes, quarum actio perit, nullo morbo corporalē ipsarū essentiam infestāte,  
 aut in quibus præcedit morbus, vel fiens, vel factus. Verum morborū gene-  
 ra & differentias omēs ex eo didicisti libro, qui de morborum differentijs  
 inscriptus est, atq; similiter ex alio accidentiū differentias, at de causis vtro-  
 rumq; etiā separatim scriptum est. In vno quidem de morbis, in tribus  
 vero de accidentibus, in quibus exercitari oportet eū, qui facile voluerit in-  
 uenire, discernereq; & causam, & affectū, & sedē affectam. Etenim fieri non  
 potest, vt omnia per concursum doceantur, quāuis eorū, qui ab experientia  
 empirici vocantur, huiusmodi fuerit opinio. Qui vero accurate & præcedē-  
 tia, & præsentia cognouerit accidētia, atq; sic ad curandorū morborū expe-  
 rientia viā & ratione peruenerit, inueniet & locū affectū, & simul ipsam dif-  
 positionem. Sed id magna ex parte accidit partibus, quæ in intimo corpo-  
 re constituuntur, veluti paulo ante de his qui sensum & motū perdiderūt,  
 ostēdimus. ¶ Atq; nō ab re fortasse fuerit narrare quædā quæ iā facta fue-  
 rūt, cuiusmodi hæc sūt. ¶ Puer annorū fere sex, inuitus, per aluū excremēta  
 deijcere incepit, resoluta derepēte circa sedē musculo. Quinetiā senī quōdā  
 huiusmodi euenit accidēs, atq; rursus alius puer, ætatis fere ānorū quatuor-  
 cī excremēta inuitus per aluū deiecit, infestāte simul vesicā dolore, atq; alte-  
 ri vrina quoq; fuit suppressa. Cōtra, alius vrinā inuitus excreuit, atq; alius  
 non solū vrinā, sed alui quoq; excrementa inuitus deiecit. In ijs omnibus,  
 ea quæ præcesserūt, scrutari oportet. Nam in totū aut refrigeratā, aut icctā,



ipsorum spinam arbitrandum est. Sed frigus quidem, vni duntaxat affecto musculo nocet, ictus vero, magna ex parte pluribus noxam infert. Nam perrarum est, ut icta spina vnus afficiatur musculus, quoniam nervi ex spina orti in plures musculos diuiduntur. Verum vbi ob ictum affectus est musculus, si superueniens inflammatio, ob negligentiam induretur, resolui ipsum contingit, quamquam id raro accidere videatur. At vero frigus saepe numero vnum ledit musculum, maxime eum qui in superficie sedis est, siue sederit quis super lapidem frigidum, siue in aqua frigida supra modum fuerit versatus. Igitur puer cuius & vesica, & sedes laedebatur, cum in fluuio pisces venaretur, sic fuit affectus. Nonnullis etiam in aqua frigida natantibus, itidem accidit. Hos itaque sic affectos, curare oportet, calidissima auxilia locis affectis adhibendo. Quibus vero nervorum a dorsum spina ortorum quicquam fuerit affectus, eius principio adhibenda sunt remedia. Saepenumero etiam vbi ab alto loco quis cecidit, aut vehementem fortiter ictum spina subiit, inflammatio ad plures partes extensa, non solum musculis, sed vesicae quoque noxam intulit, quibus ob vesicae ipsorum affectum, vrinam suppressio. Sunt quibus non solum vrina, sed alui quoque excrementa penitus retinentur, affectis scilicet intestinis. Nam ut musculi affecti, actiones a consilio & voluntate pedetes, ita & vesica & intestina, naturales actiones ledere possunt, eo quod ipsis commissis excernuntur ea quae continent. Atque in hac re plurimum differunt naturalia ab animalibus instrumentis. siquidem naturalibus cognata actio vim esse, animalibus vero instrumentis, a principio (veluti lumen a sole) ipsam defluere, iam ostensum est. Ergo ut magneti lapidi vis inest, qua ferrum attrahere potest, ita naturalia quoque instrumenta omnia, facultatem habent, qua actionem suam perficiunt. Proinde si permanens fuisset ipsorum essentia, neque arterijs, neque venis, indiguissent. verum quia nutrimento egent, seruari quoque oportet intimi caloris temperie, hanc ob causam, & venis indigebant, & arterijs. Sic etiam musculi, ut essentiam suam seruari possint, non secus quam naturalia instrumenta, & venis, & arterijs indigent. At quia cognatum sensus & motus principium non habent, idcirco nervis, per quos hoc ipsis influat, semper indigent, qui illis ea suppeditare possint, quemadmodum sol omnibus rebus quas illuminat, splendorem affert. Quamobrem solis partibus, quae & sentiendi, & mouendi vim habent, accidit, ut ipsis interdum haudquam affectis, nichilo minus eorum actio pereat. id quod naturalibus instrumentis accidere non solet. quoties enim horum actio leditur, semper primario affectu laborant. Verum animalibus instrumentis omnibus, naturale quoque munus debetur, quippe & arteriarum, & venarum adminiculo indigent, ad essentiam ipsorum seruandam. Ideo accuratissime intueri, ac discernere oportet, quae accidentia eis, ea ratione qua aut naturalia, aut animata sunt, soleant euenire. veluti alterari (ut ita dicam) a vicinis, ipsis, ut naturalibus, alteratione vero sentire, ut animatis, euenit. Sic oculis quoque saepe numero contingit. Nam vapores a ventriculo elati, ipsos omnino alterant. verum tam exigua alteratio non ab omnibus sentitur, nisi syncerissimam habeant sensificam facultatem. voco autem syncerissimam, quae minimas quascumque res cernere potest.

Vrinae suppressio.  
 Aluus astricta.

Naturalia instrumenta  
 Animalia instrumenta  
 Magnes.

Syncerissimam visio.

GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA,  
Liber Secundus.

Exercitatio  
nis modi  
tres.

Locus.

Dispositio  
& causa.

Accidentia.



Copus est, iubete semper Erasistrato, exercere metē cū in alijs artis operibus, tū vero in ea, quā nūc pro-  
posuimus, affectorū locorū notitia. Circa quā tres  
sunt exercitatiois modi. Vnus circa singulas corpo-  
ris partes, quas locos nominant. Alter circa causas  
& dispositiones. Tertius est de accidentiū differen-  
tia. Igitur a locis sumptus modus, huiusmodi est.  
Affecto cerebro, huiusmodi separatim eueniunt ac-  
cidentia. Ventriculo affecto, hæc sunt propria, Co-  
lo affecto, hæc. Atque in reliquis similiter. A dispositionibus, & causis, ta-  
lis est. Inflammationis seorsum, huiusmodi sunt accidentia. Scirri, huiusmo-  
di. Refrigerationis, hæc. Plenitudinis, hæc, Cruditatis (id est corruptionis  
ciborum) hæc. Ab accidentibus, vt hoc doloris genus, hæc dispositiones  
portendit, aut hosce locos. tussis vero has, ita & vomitus, sanguinis proflu-  
uium, fluor alui, conuulsio, concussio, horror, delirium. Quum enim hæc  
omnia inter se hoc pacto distinguuntur, facile intellegitur, quid vel bene, vel  
male dictum fuerit. Quia enim sic sese res habeat, plane diceres, si singula cōsi-  
deraueris.

De his quæ ab Archigene scripta sunt, putante ex doloris specie se-  
dem affectam posse discerni. Cap. I.

*ad 2a, cap. I. causis  
de locis abundantia. me  
apit vixit loco Galeni.  
atque fere h. fere h. un  
Stupidus  
dolor,  
ut v. l. l. l. l.  
3.*



Ta protinus quum in hoc genere abundaret Archigenes,  
ex dolorum differentia, affectas particulas declarare tenta-  
uit, proinde dolorum modos exquisite speculemur. Nā  
stupidum quidem dolorem, neruis euenire dicit, sed plane  
peccat, quippe stupor a frigida dispositione oritur, non ner-  
uorum duntaxat, sed etiā venarum, arteriarū, carnis membranarum, tuni-  
carū, & cutis. Igitur si ob id, quod hæc omnia per neruos sensum habent, ad ner-  
uos dispositionem refert, cur nō reliquas omnes dolorū differentias, proprie  
ad neruos pertinere dicit? Quippe vt dolor, tristis sensus est, ita voluptas,  
blandus est sensus. Ergo non solum stupor in neruis est, verum etiam reli-  
quorum dolorū omniū, quos ipse quoque Archigenes descripsit, vnusquisque.  
Quia si rem accuratius inspexeris, haudquaquam doloris species dicens est stu-  
por, veluti neque vlcis species, vlcus inflammatum. Sed duarū potius rerum,  
in his quidem vlcis & inflammationis, in illis vero doloris & stuporis cō-  
cursus est. Etenim stupor refrigeratio insignis est, idcirco corporibus ita dis-  
positis, & sensus & motus difficultatem inducit. Quemadmodum cōpleta re-  
frigeratio, & sensum & motū omnino tollit. Sed quod stupor dispositionis sit  
nomen, nō sensus, aut doloris, sic dicente Hippocrate declaratur. Stupor enī  
mediocris, dolorem soluere potest. Nam stupor, ob refrigerationē fit, vt pla-  
ne videre est in his, qui in hyeme per frigora proficiscuntur, atque in refrige-

Dolor.  
Voluptas.

Stupor.

rantibus quoque medicamentis. Nam si extrinsecus immodice adhibeantur, particula ipsa stupida euadit, quæ sensum quoque omnino amittit, si vehemētissime refrigeretur, idque non solum a medicamento, sed etiā a circumfuso nobis aere. Equidem noui quosdam adeo refrigeratis pedibus, ut in primis quidem sensus periret, sequentibus vero deinde diebus, emortui pedes, putrescerent. Ergo ut perfecta refrigeratio, & sensum penitus aufert & motum, sic moderatior, & sensus & motus difficultatem inducit. Nominaturque (ut dixi) huiusmodi refrigeratio, stupor. Itaque stupidum dolorem, dispositio efficit frigida simul & dolorifica, indicante id nomine, non doloris (ut dixi) differentiam, sed dolorem simul, & frigidam dispositionem, aut ab ipsa inductam particulæ, & sensus, & motus difficultatem. Constat autem quod contractas vehementer particulas, atque eos quoque, qui torpedinem animal, dum adhuc uiuit, tetigerint, stupor infestare solet. Et quibus membrum aliquod stupidum fuerit, ij quicquid tetigerint, obscuro, & hebeti sensu percipiunt, neque moueri possunt. si vero moueri cogantur, dolent. At citra hoc quod moueri tentent, affectum ipsum stuporis haud obscure sentiunt, sed tum nequaquam dolent. Proinde male Archigenes enunciauit, stupidum dolorem ad neruos proprie pertinere. Stupor enim dispositionis, non loci affecti indicium est. ¶ Atqui paulo post rursus Archigenes duobus in locis proprie ipsum ad musculos pertinere ait, in quorum altero sic inquit. Nerui autem contorti, distenduntur, & indurantur, atque hi stupidos inducunt dolores, atque dure intenduntur. Deinde paulo post, in hunc sermonem prorumpit. Musculi autem carnis neruorumque priorum, ac denique arteriæ mixtura constantes, in doloribus referunt, stringentes (ut ita dixeris) atque late distenti, ac stupide pulsantes. In horum sermonum priore neruos ait stupidos inferre dolores, In altero vero musculos stupide pulsare, stupidum non ad affectus, sed ad partes, referens. Sed ut dicebā, stupor non particulæ cuiuspiam, proprius affectus est, sed dispositio, quæ quidem in oibus corporibus fieri potest, sed non in oibus sensibilibus apparere, quippe in his duntaxat apparet, quæ suos affectus sentire, & pro uoluntatis imperio moueri nata sunt. Ceterum his, quæ manifeste in musculis apparerent sermo ipsius repugnat. quinetiam indistincte prolatus est, ac fortasse non intelligit, nusquam in corpore carnem ipsam per se inueniri. Nam musculi quidem in plurimis vel capitibus vel extremis partibus neruosi sunt, ubi etiā tendones inueniuntur. Id vero quod in medio continetur, omnes homines carnem nominant, nemine intelligente, quum exquisite disseccatur, carnem haudquaquam manere, sed cum tenuissimis quibusdam, ueluti fibris, in quas neruosum genus resolutum est. Voco autem neruosum genus, in unicum appellationem cogens, tum uincula, tum tendones. quippe ex ijs per carnem dispersis, musculorum ostendimus essentiam consistere. quæ ut permanere posset, uenis indigebat & arterijs, At qui citra dolorem pulsare, ad solas arterias pertinet, animali etiam dum bene ualente. Vbi uero ingens oborta est inflammatio, uel erysipelas, uel abscessus, arteriarum pulsus cum dolore sentimus, quum antea per bonam ualitudinem, neque cum dolore, neque sine dolore ipsum sentiremus. Quinetiam eueni-

Torpedo.

Musculorum  
compositio.Uincula.  
Tendones.Arterię pul-  
sant sine do-  
lore.  
Dolor ab in-  
flamatione.

Pulsus.

Inflamato  
rius affectus

Paralysis:  
resolutio.

Peripneu-  
monia.  
Pleuritis.

re videmus, ut duabus præcipue occasionibus, vehemens dolor inflammatis partibus inferatur, quum mouentur, aut quum a re quapiam comprimuntur. Inflamato igitur omnino musculo, duplici modo, productis arterijs, dolorem sentimus. Nam & mouentur, & ab adiacente carne comprimuntur, & ipsam comprimunt. Atque hac ratione partes inflammatæ pullant, quæ veterrimi quique solùm vocant pulsum. Posteriores vero omnem arteriarum motum, quem sensus percipere possent, similiter nominauerunt. Sed non protinus stupide pulsare, inseparabiliter, aut omnino proprie, ad musculos pertinet. quum ne pulsare quidem cum dolore, pulsu id omnino (ut dictum est) declarante. Nam in scirrhis, & œdematis, qui proprie tumores appellantur, atque in intemperantijs, quæ sine tumore consistunt, motus arteriarum dolorem haudquaquam excitat. Ac ne per inflammatos affectus quidem, nisi quum maiores effecti sunt, dolor infestat. Etenim sine musculo, arteria inflammatorium sustinens affectum, ipsa per se cum dolore pulsat. Dico autem inflammatorium affectum, ut simul cum inflammatione, & erysipelas, & abscessus intellegatur. Huiusmodi igitur affectuum, quum maiores fuerint, pulsus accidens esse censetur. Quod si aliquando in ijs pulsus, ipsi scilicet laboranti, stupidus esse videatur (hic enim stuporis affectum sentire potest) tum scire licet dispositionem in musculi nervis consistere, sed ita consistere, ut ad paralytin (idest resolutionem) tendant. Quippe stuporis dispositio, inter resolutionem, & integram valetudinem media est. At pulsus cum dolore factus, cum inflammatorijs affectibus notatu dignis numerari debet, idque semper in ipsis arterijs, atque in continentibus ipsas partibus, quum ob angustiam eas premunt, & quum attolluntur partem affectam, quæ sentire nata est, veluti percutiunt. ¶ Ergo neque in peripneumonia, neque laterali morbo, dolor pulsatorius euenire potest, idque ob partium naturam. Namque pulmo sensum non habet, morbus vero lateralis membranæ costas succingentis, morbus est, quæ ubi costas quidem vicina est, necessario comprimitur. At media ipsius pars comprimere non potest, sed inflammationis duntaxat ratione dolet. Atque in hoc spacio arteriæ sunt, quæ per intercostalia vocata spacia, & per crassas, laxasque laterum partes extenduntur, ac in profundo magis delitescunt, & succingentem costas tunicam haudquaquam attingunt. Harum igitur arteriarum motus in morbo laterali ab ægrotante sensu non percipitur, tantum abest ut ei dolorem inferat. Nam inflammatis interdum intercostalibus musculis, arteriarum productionem, dolorem inferre necesse est. proinde laborans ipsum facile percipiet, atque pro inflammationis magnitudine, sentiet in parte inflammatiua pulsationem. Ob hanc quoque causam, ubi vehemens fuerit pulsatio, suppuratur particula, consequente suppuratione ingentes duntaxat inflammationes. Cõstat igitur ex his quæ iam diximus, quod pulsatorius siue pulsatiuus, a medicis vocatus dolor, per inflammatorios affectus fiat atque in corporibus sensibilibus, idque vel per se vel proprie vel primario affectu in arterijs (nominet enim quilibet ut voluerit) in reliquis vero partibus sensibilibus omnibus, per cõsensum, eo quod a vicinorum cõtactu prematur,

neq; in hepate, neq; in renibus vnq; huiusmodi pulsatio apparet. quoniam nullus per totum corpus ipsorum neruus dispersus est, neq; etiam per pulmonem. Quocirca grauitas in ipsis sentitur, quum tumoris præter naturam genus aliquod, ea infestauerit. Nam in horum viscerum quolibet, adiacens membrana per quam neruus dispergitur, sensu potitur. Quia vero a tumore qui est in viscere, ipsa extenditur, doloris specie appellatione dotauit. Proinde Hippocrates primus omnium scripsit, in renem dolor grauis. Post hunc vero optimorum medicorum non pauci, non acuti doloris, sed grauitatis sensum in predictorum viscerum inflammationibus fieri dixerunt. Enimvero membranas, ut quibus nullae sunt arteriae, non pulsare rationi consentaneum est, quemadmodum neq; cutem, etiam si vehemens affit inflammatio. Atque eadem ratione, neq; adenes, quibus nullae sunt arteriae. Etenim huiusmodi partes, quum inflammatae sunt, vnico duntaxat doloris modo vexantur, extensionis. Quippe huiusmodi doloris species, a nullo sentiendum corporum, in huiusmodi dispositionibus separari potest. Reliquae vero doloris species, quibusdam partibus accidere possunt, quibusdam non possunt. Igitur meminisse eorum semper oportet, ac cognoscere singulorum locorum naturam, quinetiam intueri, quis vnique parti modus doloris peculiariter conueniat, quis vero contra. Proinde resumentes rursus ipsos dicamus. Quippe vnus doloris modus est, qui per inaequalem intemperiem in affecta parte consistit, vel nulla re ipsam extrinsecus attingente. Alius qui ob tensionem fit, non soli affectae parti proprius. Nam a vicinis interim partibus oritur. Est item dolor qui a tangentibus duntaxat, in affectam particulam transfertur, quum videlicet vel compressa, vel contusa, vel a re quapiam superueniente vulnerata dolet. Quippe doloris modus, qui a motu procedit, quemadmodum pauloante de arteria dictum est, a re quadam media dolore efficiente pedet, etenim quae ex ipsa mouetur pars, tenditur. & ad vicinas accedens, comprimitur interim, & contunditur, & vulneratur. Si vero nulli inciderit, eam sola tensione, dolere necesse est. Veluti partes totae ab alijs motae, si nichil extrinsecus ipsas tangat, nullo, præter eum qui necessarius est, dolore afficiuntur. Caeterum alibi me frequenter dixisse inemini, primas doloris species duas esse, quum affatim temperies alteratur, atque quum soluitur continuitas. Quae cum iam dictis haudquaquam pugnare videntur. Namque pars intenta, aut compressa, aut contusa, aut vulnerata, dolet ob continuitatis solutionem. Neque enim quum acu quispiam vulnerat, alio affectu laborat, quam si ab acri humore facta fuisset erosio, utpote per vtrunq; affectum corrupta continuitate. Igitur non eandem doloris speciem excitat, mordax humor, & plurimus. Nam ille rodendo dolore excitat, hic vero tendendo, flatuosi spiritus exemplo, ac veluti vrina vesicam intendit quum non redditur. Verum in erysipelate, & inflammatione, atque in totum in affectibus inflammatorijs, non solum quia intentae sunt, partes laborant, verum etiam quia intemperatae sunt, ac ne hac quidem, exigua, ad dolorem inducendum, vim habente. Id quod declarant hi, qui per vehentem hyemem profecti, manus ad ignem affatim calefacere tentant, intolerabile

Hippocrates.

Doloris modi.

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

**Galenus colica.** nimirum sentiunt dolorē, & quidem maxime in vnguiū radice. Porro meminī, michi ipsi accidisse dolorem vehemētissimum, vt videre michi viderer in intimo ventre terebro perforari, in eo potissimū spacio, per quod a renibus ad vesicam vtereras scimus extendi. Iniecto deinde rutaceo oleo, quum id paulo post excernere tentarē, excreui simul grauissimo cū dolore, humor

**Vitreus humor. Praxagoras.** rem vitreum a Praxagora appellatum, quippe vitro fuso, tum colore, tū substantia, haud absimilis erat. atq; id alijs quoq; accidere conspexi. **Qz** vero hic humor sit frigidissimus, iam a Praxagora dictum est, qui ob hoc vitrei nomē ipsi imposuit. Id enim haud obscure percipitur sensu tactus tū ipsorum qui illum excernunt, tum aliorū si quis confestim ipsum tangere voluerit. Sed dignū utiq; admiratiōe est, quomodo frigidus excidere possit, neq; ab excretionis violentia quum excidit, calidus euadat. Equidem putabā lapidem in altera vreterarū impactum, adeo erat, vt michi videbatur, doloris ipsius species perforati similis. Atqui vacuato humore, doloreq; sedato, manifeste constabat, neq; lapidem fuisse causam, neq; in vreteris, aut renibus, locum fuisse affectum, sed in intestinis potius, præcipue vero crassioribus.

**Galenus de ceptus.**

Neq; enim a tenui corpore, breui tēporis spacio exire poterat, sed a profundo quodā & quidem crassiori corpore, quā sit tenuium intestinorum tunica, ferebatur. Huiusmodi dolores, omnes fere medici colicos nominare vidētur, quanq̄ ab ea parte qua dolor sentitur, nullum indicium sumi potest, quod magis colon quā tenue intestinum dolor afficiat. Nam huiusmodi dolores, perinde ac si terebro partes perforētur, molestare solent, narrantibus ita infirmis. Sunt alij dolores per quos palus videtur infixus, qui & ipsi corpus affectum crassum esse significant. differūt autem inter se, aut multitudine, aut crassitudine, aut rei dolorem facientis potentia siue ea humor fuerit, siue spiritus flatuosus. quippe paucus plurimo, & tenuis crasso, & permanens moto, minorem dolorē excitare solet. Atq; qui ad vehementē refrigerandi vim haudquaq; accedit, vehemētissime refrigerate minus cruciat. Verum hoc doloris genus, ad crassum intestinum referendum est, siue palum

**Lapis renū**

ibi infixum, terebro perforari locū quis putauerit. Atqui huiusmodi dolores, ab eo quo lapis impactus est, discerni non possunt, nisi quis accidentia quæ postea consequuntur expectauerit. Quāuis ob huiusmodi ignorantia, quod ad doloris mitigationē attinet, nullā laborati noxam inducamus. si quidem vtriusq; doloris præsidia, omnia cōmunia sunt, & quidē calorifica in primis, siue ea extrinsecus adhibeantur, siue iniiciātur. Deinde nisi mitigatus dolor fuerit, eorum medicamentorum, quæ dolorē obtūdere possunt, aliquod adhibendum est, cuiusmodi est id quod a Philone institutum est.

**Philonis antidotum.**

**Nephritis nota. Urina cruenta. Colicæ signa.**

Verum si lapis dolorem excitauerit, ipse interdū solus, interdum vna cum cruore excernitur. etenim radit ea corpora per quæ trāsit, maxime si vel asper, vel acutus fuerit lapis, ac si postea vrinas inspexeris, sabulosa quædam subsidere inuenies; **Qz** si in colo affectus cōstiterit, neq; lapis, neq; cruor, neq; arena, sed humor aliquis, qualis iā dictus est, subsidere videtur. Atq; alia, quæ ad affectum intestinū pertinent, apparent accidentia. Protinus enim infla-

tio quædam, & extensio, & flatus complures, & tormina, & excrementa flatibus plena videbuntur. Ea autem discernere licet, si super aquam natent, ac bubulo stercore simulentur, quin etiam cibi tum cupiditas tum cõcoctio, deterior euadit. Intueri etiã oportet & præcedentia & præsentia, & ea quæ per continentia cõmunitatem consequuntur, pars enim quæ primario afficitur, ventriculo cõtinuitate quadã cohæret. Insuper colicos nominatos affectus, magna ex parte præcedit, & cruditas & spiritus flatuosus, & vomitus, & nausea, quæ multo tempore inanis permanet, & in præcordiis mordacitas, & fastidium, & indigentia plurima. Igitur ex huiusmodi quidem doloribus, ij qui vehementissimi sunt, haud ab re in crassis intestinis consistere putantur, qui vero mitiores sunt, ex duobus alterum necessariũ est, aut quod in his ipsis sunt, sed a leuiori causa, aut quod in tenuibus consistant intestinis, sed qui mordaces sunt, a mordaci humore intestinum erodente, fieri solent. Ergo dysenteria semper huiusmodi dolores præcedunt, utpote per quã intestina exulcerantur, quã vel solam, tum recentiores medici, tum antiquorum non pauci, dysenteriam nominant. Quãuis nonnulli, non solum hanc, sed aliam quoque quæ cruenta, ob excretorum speciem, nominatur, dysenteriam appellant. Nam interdum syncerus, plurimusque sanguis interdum veluti limus & feces ipsius non parua quantitas excernitur. Verum hæc affecti iecinoris accidens esse cõsetur. Ea vero per quam syncerus multusque sanguis excernitur, vniuersum corpus plerumque euacuat, haud secus quam hæmorrhoides, aut muliebri profluuiũ. Sed hæc posthac percurrere in animo est. Rursus ergo ad dolorũ species redire oportet, eas enim in hoc libro persequi potissimum proposuimus. ¶ Igitur iterũ incipiamus a punctorio vocato dolore, ac videtur quidem veluti radix ipsius affectus, inter pungendum, circa membranas potissimũ figi, verum dolor circa locum punctum, ad magnum spacium extenditur, atque hoc modo in laterali morbo dolorem punctorium esse, & in inflammatiõne pulsatiũ, apud omnes fere medicos in cõfesso est. ¶ Verum hæmodia quidẽ (id est dentiũ stupor) nihil simile cũ membranosis corporibus (ut Archigenes scripsit) habere videtur, haud enim ignoramus ori duntaxat, neque toti tamen ori, eã accidere, sed dentes, gingiuasque infestare solet affectus quidam, quẽ hæmodiã vocamus, hanc vero oratione quidem enarrare impossibile est, sed cũ quispiã & austeros, & acidos cibos ingesserit, ita ut affectus aliquis sequatur in dentibus, & gingiuis, eũ in omnibus eundem esse credimus, siquidem videmus nos magna ex parte similes esse in affectibus tollerãdis, ita ut ab iisdem causis, eadem sustineamus. Hunc quidem affectũ in ore duntaxat fieri scimus. Sunt alia dolorũ genera ab Archigene perscripta, quæ neque dum fiunt cognosci, neque dum profertur intellegi possunt, veluti holcimos (id est tractorius) austerus, dulcis, sensim acidus, salsus, viscosus, ferus, stringens. Atque huiusmodi nomina in libro de pulsibus scripta posteritati reliquit, quæ auditores nihilo doctiores reddere possunt, eo quod doctrina quæque propria desiderat nomina. Si enim de saporibus, aut omnino de propriis quæ lingua iudicantur differamus,

Dysenteria

Cruenta dysenteria.

Sanguis a toto corpore.

Hæmorrhoides.

Menstrua.

Dolor punctorius.

Pulsatiuus dolor.

Hæmodia. Stupor dentium.

Nominadorum.

dicemus utiq; austerum, & acerbū, & stringentem, & mordacem, & salsum, & dulcem, & amarum. Si vero de his quę tactu iudicātur, humidū corpus, & aridum, & calidum, & frigidum, & asperum, & leue, & molle, & durum, & acutū, & obtusum. Haud sec⁹ de his quę visu discernūtur, rubrum, flauū, nigrum, album, fuscū, aut aliud quidpiam huiusmodi. Quod si appellatiōes ipsorum permutaueris, quid dicas auditorū intelliget nemo, veluti de astringēte, aut austero dolore. quippe fieri non potest, vt quid sit dulcis dolor, intellegatur. Nam dolor semper molestare laborātem solet, atqui dulcia quęque iucūda sunt. Igitur quam verissimum est, Archigenem circa medicę artis opera fuisse studiosum, quo pacto tamē in huiusmodi nomina incidit, quum sepenumero inuestigauerim, inuenire nō potui. Videamus ergo quid manifeste ex ipsis colligere possimus, veluti paulo ante de stupenti labore iam fecisse videmur. Nam iustū est vt obscura nomina in dubio derelicta, inutilia reputentur, perinde ac si nunq̄ scripta fuissent. Quę vero clara sunt iudicentur non ratione duntaxat, sed multo etiā præcedente experimēto, quanq̄ huiusmodi iudiciū perdifficile est. nam plerunq; alijs nos credere oportet, qui suos affectus ob animi lāguorem, neq; cōsequi plane, neq; si cōsequantur, eos enarrare possunt, aut quia oratione quid patiantur, declarare omnino nequeunt (quippe non exiguas ea res vires desiderat) aut quia affectus ipse ineffabilis est. Ergo relinquitur, quod nemo singulorum dolorum species conscribere potest, nisi ipsemet passus fuerit, sitq; medicus, qui interpretandi alijs facultatem habeat, & qui prudenter, & sine mollicie, cōprehendere possit suos affectus, dum laborat. Atqui nemo inuentus est qui per totum ætatis suę decursum, omnes affectus sustinuerit, etiam si perquā morbosus fuerit. Proinde non possum non mirari, quum eorum proprietates ab Archigene scriptas lego, ita scilicet ipso narrante, tanquam omnes passus fuisset, quanq̄ non admodū morbosus erat Archigenes. Si enim vnā aliquam partē, & infirmam, & morbidā habuit, non protinus omnibus laborauit. veluti nec reliquorum mortaliū vllus. Neq; enim inuenire est hominem eundem, qui simul & caput habeat infirmum, & thoracem, & pulmonem, & hepar, & lienem, & ventriculum, & intestinum ieiunum, & colum, & vesicā, atq; reliquas id genus partes. Videtur itaq; Archigenes proprijs quibusdam consilijs, & quidem dialecticis potius, quā affectuum ipsorum experientia fulcitus, pro viribus dolorum species explicare voluisse.

¶ Quod ea quę ab Archigene dicta sunt, aliqua vere & absolute & clare, alia omnino obscure imperfecte indistincte & falso dicta sunt. Cap. II.



Verum vt studiosi maiori a nobis copia dotati recedāt, proposita eius oratione, eos qui in arte exercitātur, moneo & hortor, vt quę plane vera sunt, ea duntaxat eligant, ipsiq; credant, quę vero ab ijs abhorrere videbuntur, ea præteriri oportet. ¶ Igitur Archigenes quū reprehēdisset Asclepiadem dicentē in articulari morbo neruū affectū, dolore haudquaq; cruciari, quod nichil omnino sentiat, carnē autē, quanq̄ non affe-

Ineffabile

Archigenes.



etiam, dolere tamen, utpote a parte vicina compressam. Postea ad verbū ita scribit. Porro vasa vehementer compressa, capitis dolores sine inflammatione obortos arcent, veluti prohibita in ipsa incursione, id quod barbaricū vinculum tum maxime perficere potest. Sphacelodes vero hemicranias, dissectio eorum, sed maxime arteriæ circumscribit. Hæc enim si superauerit, pulsatoriu turgidūq; dolorem inducit, ac rotunda euadit, horrorem plane excitans, quæadmodum venæ quædā veluti indurantur. Nerui vero intorti distenduntur, ac indurantur. atq; hi torpentes inferunt dolores, dura dissentione cruciantes, & profundos, & infixos, & angustia plenos, & minime fusos. Membrana in latū discurrentes, & inæquales dolores excitant, atq; crebro ita laborant, ut hæmodiæ (id est dentiū stupori) simile quidpiā habeant transmissionis videlicet asperitatē. Ita superficies quoq; & membrana in media carne cōtentæ, quæ dilaniantes quoq; dolores inferūt. Dolores vero a membranis ossa circundantibus dependentes, perinde affligere comperiuntur, ac si in ossibus ipsis consisterent. A venis, graues, & descendentes, & æqualiter infixi dolores suscitantur. A carne autem & fusis & laxiores, quapropter non adeo extendi videntur, sed arbitratur laborans sensum asperis quibusdam rebus impleri. Musculi, quod ad dolores pertinet, ex carne neruo atq; arteria quoq; mixta idiomatica referunt, stringentes (ut ita dixeris) & cum capaci latitudine intenti & torpide salientes. Ex reliquis vero vlcerosus quidē dolor, & in vlceribus leuiter acutus, & maxime dulcis, & qui pruriginem inducere potest, ad superficiem pertinere videtur. Punctorius autem profundas partes infestat, infixus autem, cū sinus accesserit. Stimulans autē, partim eorum quæ in loco sunt, aliquid affectum esse declarat, partim contra, utpote qui haudquaquā profundas partes occupat. Lacerans autem est qui in sinu consistit. Hic est primus Archigenis sermo ex libro primo de locis affectis, quo docere conatur quomodo ex dolorum differentijs partes affectę possint inueniri. Igitur rursus ab initio ipsum examinemus. Nū incassum dixerit, sphacelodes hemicranias vasorum dissectio intercipit? Igitur quos dolores nominet sphacelodes, inuentu difficile est. non enim inter omnes conuenit, quid hæc vox (sphacelos) significet. Sunt enim qui dicunt ipsam vehementem dolorem declarare, alij tantum inflammationis excessum, ut partem ad corruptionis periculum inducat, quæ dispositio a nonnullis cangrena appellatur, Alij partis affectæ corruptionem ipsam, sphacelon dici volunt, Alij conuulsionem, Nonnulli non eam quæ fit conuulsionē, sed quę per inflammationis magnitudinē expectatur, Alij etiam nō simpliciter conuulsionem, se eam quæ neruorum corporum inflammationi superuenit, Alij simpliciter fortem tensionem, alij putredinem. Ergo vocabulū sphacelodes, in iam proposita Archigenis oratione scriptum, ad tantam peruenit obscuritatem, ut nihil per ipsum explicari posse videatur, ipso nusquā in alijs libris medicorū nominum enarrationem conscribente. Per verbum autem circumscribit, fortasse intelleget quispiā ab eo, veluti celeriter & ex toto sanari. ac subiiciamus ut ita dicatur.

Barbaricū  
vinculum  
Sphacelodes hemicrania

nota qd arteria dicitur  
an do lo rem sentit

Sphacelos

Cangrena

Circumscribere

## GALENI DE LOCIS AFFECTIS

Nam quid facere poterit is, qui intellegere cupit ea, quæ ne is quidem qui scripsit intellegi voluit. ¶ Deinde pulsatorium, & turgidum dolorem, arterias inferre dicit, cum ipsæ videlicet per sphacelodes hemicranias primogenia affectione laborant. In primis itaque qualis sit pulsatorius dolor enarrare tentemus, quavis ante nostram enarrationem, omnibus medicis notus sit. siquidem ingentium inflammationum accidens ipsum esse perhibent.

**Dolor pulsatorius** Turgidus autem dolor est, qui a parte primario affecta, veluti a radice incipiens, celeriter in partes adiacentes transfertur. Id vero non solum in hemicrania, ut Archigeni placuit, sed in cephalæa quoque vocata, euenire solet. Etenim in hac nonnunquam arteriæ primario affectæ huiusmodi (qualem dixit Archigenes) dolore vexantur. Ita ut fateantur nonnulli, vasorum ipsorum se dolorem sentire, id interpretari tentans, arteriam subhorrentem, fieri rotundam dixit. Igitur inquirendum est, utrum veluti per Sphacelodes hemicranias, arterias affici dicit, intellegendum sit ab eo, simili quoque modo affici venas, utpote per hunc solum morbum, varicum exemplo obtortas, an commune sit accidens venarum, vel quomodolibet affectarum, vel duntaxat inflammatarum. Ex eo enim quod sermoni de venis, iungit sermonem de arteriis, par est, ut coniciamus, de eodem affectu ipsum fuisse loquutum. Ex eo autem quod mox in vniuersum de nervis, atque de alijs huiusmodi partibus scribit, non adaptans vni morbo sermonem, eadem ratione putandum est, itidem de venis quoque fuisse dictum. Itaque in hac ambiguitate satius fuerit, ut existemus in eo sermone quem de hemicrania conscripsit, simul cum arteriis, ipsum venarum quoque mentionem fecisse, atque reliquorum instrumentorum sine vlllo distincto affectu, neque in nervis, neque in ijs partibus, quæ illos deinceps consequuntur, in quibus dixit venas graues, ac detrahentes, atque æqualiter informatos dolores inferre. Verum hæc non nihil ambiguitatis continent.

¶ Quod vero deinceps sequitur ubi dicit nervi vero distenduntur, & manifeste contorti indurantur, recedit enim ab hemicranica dispositione, definiens id in vniuersum ad nervos quomodolibet affectos pertinere, quod plane mendacium est. Neque enim quilibet nervorum affectus, ipsorum essentiam indurat, atque intorquet. Sunt enim nonnulli, per quos laxiores euadunt nervi, quemadmodum per alios quosdam aridiores. Quinetiam sæpenumero ubi nullam sensu perceptibilem habent differentiam, ita ut exquisitè sani videantur, nichilo minus neque sensum neque motum, præstant subiectis corporibus. Itaque in solis fortasse inflammationibus, aut inflammatorijs morbis, aut præter naturam tumoribus, dixit nervos & indurari, & intorqueri. At ne in ijs quidem manifeste apparet nervos intendi. Nam & laborantibus ipsis, & nobis aspicientibus, intenti nervi apparent. quapropter nisi curentur, & conuulsiones & distentiones ad ipsos sequuntur. Atque omnium quæ in tumorem attolluntur, commune accidens esse videtur ut intendantur. Nam & arterias, & venas, ubi per summa membra, orta inflammatione, panus exurgit, intendi videmus. Plarunque etiam totum vas intentum videtur, ac rubere magis, &

**Dolor turgidus**

**Panus**

calere, atque maiori dolore (si tangatur) affectū. Itaque constat totū inflāmarī, Inflāmatio  
nis acciden  
tia  
 incipiēdo ab ea parte quę primario affecta est, usque ad alas, & inguina. Proinde recte dixerunt oēs fere medici, inflāmatis partibus, accidit vt rubescāt, tendant, renitant, intumescant, & doleāt. Verū (vt diximus) nō oibus, sed his dūtaxat accidit pulsus, quę arterias habēt notatu dignas, & partē sensu p̄ditā, aut vbi ad notabilē magnitudinē inflāmatio attollit, tūc enī pulsatorū dolorē sentiūt laborātes, vel nullo existēte sensibili vase in affecto corpore. Sed interrogabis me fortasse, quæ sint singulorū instrumentorū propria accidentia? Id vero iā antea neque semel duntaxat explicatū est, quod videlicet proprię actionis noxa, qualicūque sit specie, cuiuslibet partis propriū est accidēs. Neque enī aliud eis necessario accidēs, neque etiā noxarū differentia existūt. Nā differentię quidē variant, pro affectus, tū specie, tū magnitudine, Accidentis vero ad vitiatā actionē p̄tinētis, siue genus, siue spēs, aut vtcūque noiare volueris, semp̄ p̄manet. Cæterū fatius fuisset Archigenē, qui oia, via & ratione se explicaturum professus erat, abundātius hęc persequi, sed alia quoque permulta negligenter admodū tractauit, quorū non pauca, in plurimis alijs libris conscripsimus, quēadmodum & posthac deinceps dicentur. sed breuiori quidē cōpendio, ea quę exacte alibi fuerunt exarata. Longiori vero disputatione hic tractabūtur ea, quę alibi breuiori stylo percurrimus.

¶ Nūc vero reliquas dolorū differentias, quarū in præscripto sermone Archigenes mentionē fecit, persequamur. Quod enim peccauerit, dicens stupidos dolores neruis euenire, quodque stupor nō vnus cuiuspiam partis sit affectus, sed causę potius, ac dispositionis rationē habeat, iam antea dictum est. Quod vero dolores dure distendētes in ipsis fieri dicit, recte dictum est. quāquam melius erat, si simpliciter dixisset, distendentes, non addendo dure. Nam neruorum dolores, vtrinq; vehementer distendere possunt. quia ad vtraque extrema tenduntur, tum id a quo incipiunt, tum illud in quod finiuntur. Non secus quę chordę in cithara, quę sæpenumero, vbi nimis intenduntur, dirumpi solent. Quapropter citharistę, quum instrumenta sua post vsum reponere voluerint, chordas relaxant. Nam plane constat eas a contrarijs, tum causis, tum dispositionibus intendi, siue humidus fuerit ambiens aer, vt rigare ipsas & implere possit, siue vehementer aridus. Ab vtraque enī ambientis aeris temperie, ad vltimam tensionem perueniūt. Proinde recte dixit Hippocrates neruorum cōuulsiones & a plenitudine & ab inanitione euenire. vtpote per quas nerui immodice scilicet tenduntur. Neruorum  
distentio

¶ Sed quod profundos dixit esse dolores, id ab accidentibus, quę plurimis ex neruis eueniunt, sumptum est. Etenim quum venę quidem semper priores in superficie sint, deinde post eas arterię, quibus postea nerui subduntur, idcirco laborantes tensionem in imo sentiunt, quāquam multi tendones, qui ob id, quod neruosa sunt corpora, a nonnullis plane nerui nominant, nō profundos, sed in superficie dolores habēt, si quā ipsos quoque sic intēdi cōtigerit. vt sūt illi qui digitos extendūt, sūt autē & qui illos incuruāt, in superficie quidē, sed nō similiter vt extēdētes. Hippocrates  
Dolor profundus

¶ Porro Archigenes neruorum dolores ifixos

## GALENI DE LOCIS AFFECTIS

esse dicit, quum huiusmodi doloris species, ut antea diximus, ad colon magis pertineat. Atque accidit etiam auri, cum quadam pulsatione, atque dentibus molaribus, quinetiam oculis, sed infixus dolor nervis minime euenire potest, etenim magna ex parte utroque extenduntur, & ad supernas, & inferiores animantis partes. Quod vero deinceps ab Archigene dictum est nervos angustiae plenos habere dolores, inepte quidem dictum est. Nam nihil amplius declarat, quam quum dicit & minime fusos, re vera enim minime fusos idem est, quod in latitudine porrectos dolores nervi non habent, sed magis circumscriptos, utpote perueniente ipsorum tensione, & ad supernas, & ad inferiores partes, magis vero sursum usque ad caput. Ac tum primum ipsos uniuersi corporis, & conuulsiones, & distentiones comitantur, nulla nervi tensione huiusmodi accidentium aliquod inducere poteste, antea quam caput ipsum attingat. ¶ Post haec consequenter scripsit Archigenes de membranis, quod in latitudinem perueniant ipsis dolores, quum afficiuntur, quod quidem verum esse fatemur. Quod vero aliquid haemodiae (id est dentium stupori) simile habeant, non est verum, ut antea dictum est. Neque etiam in totum verum est, quod membranarum dolores sint inaequales. siquidem contrarium magis veritati consonat, quippe ex propria ratione, videntur aequales inducere dolores, eo quod uniuersum ipsarum corpus, aequale est. Nam quod ob communicationem cum vicinis, inaequalitatem quandam afferunt, id interdum per accidens euenire solet. Quum enim ad affectam ipsarum partem, circumiacentes & ducuntur, & tendunt, dissimile fieri dolorem necesse est, ubi enim intensa particula acutiori sensu est, ibi dolore vehementiore cruciantur. Vbi vero sensum habet hebetiorem, ibi minus dolent. Atque ex eo quoque quod vel attingunt, vel non attingunt id quod in particulam ipsam tendit, non ab re dolorum differentia deprehenditur. Atque hac ratione nonnulli pleuriticorum, iugulum dolent, porrecta in hunc locum membrana costas succingente. Aliquando tamen non ad iugulum, sed ad praecordia dolor transit, percepto ipsius sensu in septo transuerso, utpote quod necessario mouetur, quum pleuritici respirant, idque omnibus thoracis partibus magis. Quum enim veluti radix doloris in latere consistit, tum laborantes, musculis qui illic sunt, respirare pigritant, quare tum soli septo transuerso, natura respirationis officium committit, quemadmodum in bene valentibus, qui libera utuntur respiratione, contingere solet. Igitur quum in partibus laterum infernis, oritur inflammatio, septum transuersum intentum, magis dolet, quum vero in partibus supernis, tum iugulum potius dolor infestat. Nam septum transuersum, quia mouetur, iugulum autem quia durum est, causae rationem obtinet. ¶ Vbi vero ingens in hepate oritur inflammatio, aut ubi ipsum induratum est, dolor qui tum iugulum in dextra parte infestat, concauae venae magis, quam membranarum tensionem sequitur. Quum autem dixit, hoc modo saepenumero superficiem quoque separatim dolere, plane declarat id esse, quum membranae affectum quempiam habent. Vnde Archigenes dixit ipsas, dolores habere haemodiae non dissimiles. Quia enim simul cum haemodiae proprietate, stuporis etiam sensus percipitur, ut ab

Dolor angustiae plenus

Pleuritici

Hepatis inflammatione

eadem causa utroque affectu dependente. Membrana autem que in superficie cuti substrata est, sæpenumero stupenti dolore afficitur, utpote qui ab externis causis, & quidem frigidis, celerius noxam subit. Idcirco deceptus Archigenes dispositionis cõmunitate, cæteras membranas hæmodiæ simile quidpiam habere dixit, ac sæpenumero superficiem quoque, non secundum affectæ particulæ essentiã, facto dolore, sed ob membranarum ipsarum essentiã, quæ exanguis est, & frigida, quapropter facile a frigidis affectibus infestatur. Quia vero affectum ipsum, huiusmodi dolores comitantur, idcirco sæpenumero dixit fieri huiusmodi dolores, non veluti per affectæ particulæ essentiã, sic enim inseparabiles essent, sed per accidens superuenientes. Substrata igitur cuti membrana, quæ cum ipsa simul excoriatur, dolores facit tenses, & torpidos. membranæ vero quæ in mediã sunt carne, veluti diuellentes dolores excitant, sunt enim plurimæ, & inæquabiliter insitæ, atque eam circumdantes. Quumque aliquando e diuerso, contra naturam, tendi carnem contigerit, huiusmodi dolores euenire necesse est. Sane a multis exercitationibus, aut tensiui, aut vlcerosi proueniunt dolores, qui totos musculos occupare consueuerunt, inter quorum partes, carnes quoque numerantur. Verum de huiusmodi doloribus, satis in salubribus præceptis iam dictum est. ¶ Sed quod membranarum quæ ossibus adiacent dolores, & profundis sunt ( id est in intimo corpore sensum excitantes ) & ossium ipsorum, veluti dolentium, inducunt imaginem, haudquaquam mirandum est. Nam ij a quam plurimis ostocopi ( id est ossium labores ) nominantur, & magna ex parte ab exercitationibus euenire solent, quauis interdum vel a frigore, vel plenitudine, fieri possint. ¶ Insuper venas dixit graues, & detrahentes, & æquabiliter irruentes inferre dolores. Verum ab initio, ubi hemicraniam mentionem fecit, venas veluti varices incuruari ait. Ergo in hoc solo fortasse accipere oportet, ipsum hoc dicere. At qui scire licet proprium arteriæ venæque dolorem, extenti secundum longitudinem corporis, veluti chordæ cuiusdam speciem referre, nulla utique grauitate simul apparente. Aequabiliter autem infigi venarum dolores, admodum obscurum est, quippe infigi, ad nihil quod ipsis accidere solet, referri potest. ¶ Deinde de carnibus dicit, quod & fusos, & laxiores inducit dolores. Atqui in totum nullus dolor laxus est. nisi Dolor laxus eos fortasse, qui minus intenduntur, laxiores vocitet, quoniam & vasorum, & membranarum dolores, magis intendi videantur. Id enim confitetur, eos non adeo extentos conspici, ob hoc quod carneæ musculorum partes, breuibus lineamentis continentur. Sed id quod deinceps scribit, videri tactum, veluti asperitatibus quibusdam plenum, an proprie ad dolores, qui in carnibus consistunt, pertineat, inquirendum est. Nam quod interdum aliquid huiusmodi per ipsarum dolores eueniat, a veritate haudquaquam abhorret. At quia non semper euenit, ad factam in ipsis dispositionem, idque magna ex parte unicam quandam, non ad ipsarum essentiã, proprie referendum esse videtur. neque simpliciter intellegendum est, eam dispositionem esse affectum inflammatorium, sed qui cum humo-

re fit,exasperare suapte natura potente. ¶ Porro deinceps de musculis scribens Archigenes, eos ex carne neruisq; mixta idiomata referre dicit, utpote peculiari ipsorum essentia ex his consistente. Addit vero arterias, quoniam in ipsis inueniuntur. Atqui hoc pacto, venas quoq; dicere debuit, atq; membranas. ¶ Vocabulum autem astringentes, patrio sermone de his dicitur, qui quanquam pleni sunt, a bono tamen habitu non aberrant, atq; idcirco de iunioribus duntaxat dici consuevit, de senibus vero minime, quod non possit ipsorum corpus boni habitus, plenitudinem suscipere. Igitur Archigenes ad aliquam rem, quae non ita facile possit inueniri, vocabulum hoc referre videtur, maxime quia confundere, & corrumpere solet, patriorum nominum significata. Quod si astringentes, de ijs dici intellexeris partibus, quae a plenitudine intenduntur, non proprie ad musculos, sed communiter ad omnia repleta corpora pertinebit. ¶ Quum vero eos capaci cum spacio extendi dixit, puto ipsum hanc, a neruorum plenitudine voluisse seiuungere. ¶ Torpide autem pulsare, haudquaquam fuisse recte dictum, iam antea declaratum est. ¶ Reliquorum vero dolorum, vlcerosus, inquit, leuiter acutus est. Est autem haec quoq; oratio obscura, neque per se quicumque docere potest, haud aliter quam caeterae ipsius obscurae orationes, quas ne enarrare quidem possibile est, nisi quis rem ipsam per se intellegens, eam orationi adaptare conetur. Quum itaq; sciueris, tum medicos, tum exercitationis principes, eos dolores vocare vlcerosos, per quos inter mouendum, vel tangendum, in laborante parte, sensus excitatur, qualis in vlceratis partibus percipi solet, facile intelleges per dolorem leuiter acutum, huiusmodi quampiam speciem significari, qualis ab acutae acus punctura, fieri consuevit. Ergo constat ipsum, neque continuum esse, neque aequaliter per omnes partes porrectum. Hunc itaq; dulciorem esse dicit, quum dicere deberet imbecilliolem, aut obtusiolem, aut non vehementem, aut minus molestum, aut id genus aliud quidpiam. Nihil enim quod molestum est, proprie dulcius appellari potest. ¶ Id autem quod dicit, & pruriginem inducere potest, inarticulate dictum est, quippe haud obscura est inter pruriginis sensum, & vlcerosam dispositionem differentia. Verum quia crebro pruriginosa dispositio, vlcerosam antecedit, atq; soluta quiescenteque vlcerosa, in pruriginosam transmutatio fieri solet, inde est quod de ipsis confuse, indefiniteque Archigenes scripsit, quemadmodum neque causas harum dispositionum exacte tractauit. Verum nos eas in libris salubrium praceptorum perfecte exarauimus. Igitur vlcerosus dolor, non solum ad cutem, sed ad imas quoque partes, ut ossa extenditur. Pruriginosus autem reuera ad solam superficiem pertinet, non tamen primario, pro ratione ipsius propria, sed per accidens. Ipsa enim omnes pelliculi subiacentes partes, spissitudine superat. Horum ergo dolorum vterque, propriae dispositionis est accidens, fiunt autem ob acres quosdam humores, atque tantum ipsi, quantum dispositiones ipsae inter sese differunt. Sed ut dixi, satis de ipsis in libro salubrium praceptorum definitum est. ¶ Fodicus vero (inquit) dolor, in profundo est, sed non recte, nam ad membra

Adstringēs

Torpide  
pulsare

Vlcerosus  
dolor

Prurigo

Fodicus  
dolor

nas, non ad ímas partes proprié pertinet. ¶ Infixus autem ( vt inquit ) Infixus do-  
 quum sinus accesserit. Hic sermo non omnino absurdus esse videtur. Quip-  
 pe sinus, concauitas quædam est, quum partium antea coniunctarum, alte-  
 ra distat ab altera. Quum itaq; fluxione impletur, ita vt adiacentes partes  
 distendantur, tum tensuum dolorem sentiunt laborantes, non quidem lon-  
 go spacio porrectum, sed proprijs limitibus circumscriptũ. At excreto quo-  
 modolibet e sinu humore, protinus dolor conquiescit, nisi ambientia sinum  
 corpora, adeo distendantur, vt inflammatoria dispositione torqueantur.  
 Hæc sunt quæ proprié ad sinus pertinent. Quod vero ab Archigene dictũ  
 est, aliud ab his est. verum quid intellexerit, quum ita scriberet, haud facile  
 inueniri potest. ¶ At quod deinceps scriptum est, non minorem habet du-  
 bitationem. Nam stimulus ( inquit ) dolor non in imo subsistit. Hic enim Stimulus  
 sermo, cum eo quem in initio præmisit, pugnare videtur, quo in hunc mo-  
 dum scripsit. Stimulus autem, partim eorum quæ in loco sunt, quidpiam  
 affectum esse declarat, partim cõtra. Id enim fieri potest, & in parte ossibus  
 maxime vicina, & in cute, atque omnino in medio, huiusmodi dolore facto  
 ab humore mordaci, sensibilibus partium aliquam erodente. ¶ Deinde qd  
 in fine eiusdem orationis sic scriptum est, Lacerans autem est, qui in sinibus Lacerans  
 consistit, si lacerans quidem idem significat, quod diuellens, mēdaciũ est.  
 Nam illi qui in sinu est, id minime contingere solet. Quod si non hoc, sed  
 aliud quidpiam dicere voluerit, quomodo id poterit inueniri? Atque hu-  
 iuscemodii sunt quæ in præscripto sermone Archigenes posteris memoriæ Archige-  
 prodidit. ¶ Igitur transeamus ad alium, qui & ipse ex dolorum differen-  
 tia, affectas partes cognoscere docet. Est ipsius series huiusmodi. ¶ He-  
 patís vero dolor, holcimos ( id est tractorius ) & inhærens, & torpidus est, Holcimos  
 atque atrocius molestans. ¶ Splenis autem acutus nõ est, sed & grauitatem  
 simul, & extensionem habet. atque similis videtur ei, qui ad elisionem qui-  
 dem atq; expressionem, sed extrinsecus incumbentem, renititur. ¶ Renes  
 & austeros dolores inducunt, & cum permanente astrictiõne pungentes. Austerus  
 ¶ Vesica vehementer stringentibus vitur doloribus, atque tensionibus pun-  
 ctorijs. ¶ Vterus autem acutis, turgidis, pungentibus, distendentibus, tor-  
 Stringens  
 minatim incidentibus, quippe qui huiusmodi mixtione, dolore natus est, Vteri dolo-  
 res  
 quamobrem idiomaticis quoq; ambiguitatem inducit. ¶ In hoc sermone, ite-  
 rum Archigenes protinus ab initio, hepatis dolorẽ holcimon ( id est tracto-  
 rium ) esse dicit. Verum hoc vocabulum holcimos, apud Græcos in vsu nõ  
 est. proinde quid significet haud facile inuenire est. Nã vocabulorũ signifi-  
 cationes, ex lōgo vsu deprehenduntur. Atqui video eos, qui illo vtuntur, vi-  
 scidũ per ipsum velle significare, quale viscũ esse videt, vt cuius vna parte tra-  
 cta, potest per ipsam reliqua illi cõtina simul attrahi. Sic pasta quoq; ex fru-  
 mēto, holcima dicit, maxie si accuratissime subacta fuerit. sed ex ordeis, aut  
 milio pasta, holcima non dicit. Atqui sub hac significatione, hepatis dolor  
 haudquaquam holcimos euadet. proinde aliam significationẽ querere oportet.  
 Itaq; vnus ex his qui Archigenis sectã reliquis præponere conantur holcimõ

hepatís dolorē dici afferit, quū hepar, vel induratū, vel inflammatū, detrahere iugulum videtur. Alius quum diuturno morbo laborat. Alius quum mediocri dolore afficitur. Sunt qui tardum ipsum significare velint, utpote qui acuto aduerfetur. Atque vrgentem, & adeo vehementem, ut nullam admittat requiem. Hunc acutum eum vocare solitum, contrarium vero, nempe tardum, holcimon dixisse autumant. Nonnulli eum dolorem, holcimon vocant, qui grauitatis speciem refert. Nam graue dolorem vocari ex consuetudine dicunt tractū, quia grauitate fit. Multa insuper alia varie explicāt, admirandi illi quidem enarratores, sed quæ intellegantur a nemine. Constat igitur hoc vocabulum holcimos, quod in propolitæ orationis initio inuenitur, nihil nos posse docere. ¶ At vero deinceps cōsideremus, quid utique sit dolor inherens. Nam hunc quoque hepatís propriū esse dixit. Mihi quidem facile persuasum est, turgido dolori, inhærentē per contrarietate opponi, ipsum dicere voluisse. Quid enim aliud conijcere quis posset? Etenim hepatís dolor, si quispiā alius, vicina corpora ad consensum inducit. Nam & ad iugulum usque porrigitur, & spirandi difficultate creberrime affert. atque interdū tussim quoque, ac dysenteriam, neque raro nothas costas infestat. Igitur quonā pacto vere dicetur eodem in loco permanere? At fortasse satius fuerit putare, quod inherentem dolorem dixerit, veluti infixum. Atque hepatís dolor, ut nuper ostendimus, haudquam huiusmodi est. ¶ Similiter antea iam declaratū est, ne torpidū quidem dolorē, particulę cuiusque propriū esse. Nam ad dispositionē potius referendus est, hæc autē nō iecinore, sed in neruosis potius corporibus inuenit. ¶ Porro atrociter molestās, cū torpido pugnat, utpote qui violentus est, atque continuus. Sed nec huiusmodi quidem hepatís dolor est, sed potius grauis. At ne grauis quidem, exacte proprius hepatis est, sed splenis quoque, ac renibus inflāmatis cōmunis. Equidem nō satis mirari possum, quo pacto Archigenes ad lienē duntaxat, hanc doloris speciē referre tentauerit. Nā vel Hippocratē audire debuit dicentē. Et in renē dolor grauis. Verum hoc peccatum exiguum forte censebitur. At lōge maximum est illud, quod committere solet, nomina scribens cæteris sensibus peculiaria, quemadmodum nunc de renibus quidem, austeros scribit dolores, de vesica vero, astringentes. Hæc enim saporum sunt nomina, qui lingua ut instrumento, & gustandi sensu dinoscuntur. Igitur res quædam declaratur, generatim quidem per hoc vocabulum stringēs, sed magis particulatim per austerum, & acerbum. quippe ambo astringunt, sed magis acerbum, qualis est omphacia vocata galla. Porro austera sunt multa, ut malī punici genera, atque cottonea mala, ac reliqua cōplura mensis apta. Sane acerba, haudquam sunt iucunda, non solum ea quæ medicamentorū speciem referūt, veluti hypocystis, & balauistiū, & galla, & rhus, sed etiam illa quæ quū sint huiusmodi, recipiuntur tñ in cibos. Quapropter nō excogitari quidem potest, quid vel austerum, vel acerbū dolorem dicere voluerit Archigenes, non magis quā aut ceruleum, aut rubrum aut fuscum, aut aliū aliquē, a coloribus nominatum. ¶ Nunc autem quid dixerit doctor quidā ex Archigenis fami-

Dolor inherens

Hepatis dolor

Torpidus dolor

Dolor atrox

Dolor grauis

Hippocrates

Sapor austerus

Sapor astringens

Austerum

Acerbum



lia, tempus est considerare. Nam dolorū proprietates Archigenem arrogā-  
 tia motum interpretari voluisse censet, at quia reuera ineffabiles sunt, eū in  
 huiusmodi nomina absurda incidisse, non intellegens vnamquāq; qualita-  
 tum, siue gustabilē, siue tangibilem, effari posse. Vbi vero multæ qualitates  
 circa vnam essentiā apparent, ibi & proprietatem fieri contingit, idq; maxi-  
 me in gustu videre est, si aliquando & amaritudinem, & dulcorem, & auste-  
 ritatē, & acrimoniam, in vna essentiā apparere contigerit. Sic enim in gustu  
 proprietas quædam oritur, ineffabilis illa quidē, si vnico nomine ipsam ex-  
 plicare tentaueris, sed quæ dici tamē potest, si per singulas qualitates discur-  
 ras, eo addito, q̄ & magis & minus declarare, haud impossibile est. Ita &  
 herbas vniuersas, & reliquam quoq; materiam, enarrauerunt medicorū nō  
 pauci, singulas qualitates, quæ enunciatis rebus insunt, explicantes. Ergo  
 Archigenes, si vniuersam essentiæ proprietatem, vnico nomine comprehen-  
 dere voluerit, indoctus omnino fuisset, id quod de Archigene nequaquā sen-  
 tiendum est. Si autem simplices qualitates, ipsæ quidē ineffabiles nō sunt, ea-  
 rum vero quantitas, exacta quidem mensura, ineffabilis est, quanq̄ sub lati-  
 tudine quadam explicari potest. Igitur longiori sermone vti non oportet,  
 quum species ipsa plane sermonē declaret, illa videlicet species qua vti de-  
 bet is, qui quālibet rerum sensibilibus interpretari aggreditur, quippe om-  
 nium tāgibilium qualitatū, propria habemus nomina, haud secus quam  
 gustabilium, visibilium, & audibilium. Atq; omnibus ijs patrio more vti  
 debemus, & neq; stringentem, neq; austerum nominare dolorem, vtpote  
 quæ saporū propriæ appellationes sunt. Plurimi enim medicī Archige-  
 ne antiquiores, quum dolorum differentias conscriberent, haudquaquā ausi  
 sunt a consuetudine in nominum vsu recedere, quæ & ab ipsis laboranti-  
 bus audire licet, qui perinde se dolere interdum aiunt, quasi acu pungan-  
 tur, ac rursus perinde, ac si crebro perforētur. Quin etiam videri sibi aiunt  
 contundi sese, & diuelli, & tendi, & retrahi, & detrahi, & grauitatis cuius-  
 dam sensum percipere, qua interdum subiectarum partium aliqua suspen-  
 di videtur, interdum vero circundantibus incumbere. Igitur vt huiusmodi  
 nomina omnia facile intelleguntur, ita astringentes, & acerbī, & austeri do-  
 lores, intellegi haudquaquā possunt, ac præterea ab vsu omnino aberrāt. Hęc  
 intellegere debuit Archigenes, quū docere nos vellet, quomodo loci affecti  
 possint cognosci. Nam omnis qui de doloribus habetur sermo, vanus, nuga-  
 rumq; plenus esse censetur, nisi ex his, quæ laborantes ipsi dicunt, eos co-  
 gnouerimus. Ergo si ab ipsis, quomodo dolent, discere oportet, nunquā ve-  
 ro dicant, acerbum, aut austerum, aut atrocem, aut holcimon dolorem, rur-  
 sus inutilis erit huiusmodi doctrina. Præterea huius sermonis locus ille, quo  
 dicunt Archigenem interpretari velle dolorum proprietates, ad doctrinā,  
 tum impossibilis, tum inutilis esse plane videtur. Primum enim non omnis  
 ipsorum proprietas enūciari potest, quod cū ita sit, omnino fieri non potest,  
 vt ad doctrinā aliquid conferat, vtpote quā ij dūtaxat qui sensibilibus ipsam  
 percipiunt, noscere possunt, quippe quæ nobis nō affectis, incognita est, ni-

Archige-  
nes.

si fortasse Archigenes, omnes sui corporis partes habuerit affectas. quod licet concesserimus, fieri tamen non potest, ut credamus, vnum hominē, omnes singularum partium affectus, fuisse expertum. donemus tamen (si volueris) hoc quoque, quantum impossibile est. Nam vteri saltem affectus nunquam scilicet percepit Archigenes. nihilo minus huius proprietates conscripsit, quae a solis mulieribus expertis, dinoscuntur. Itaque admirationem (ita dii me amet) saepenumero michi induxit, ex qua tandem ratiocinatione, tam absurdam hanc doctrinam collegerit, Quam & si veram contendis, nihil tamen ex ea utilitatis prouenire fateri cogeris, nullo infirmo suos affectus per Archigenica nomina interpretante. Nam quod nonnulli laborantium fastidire stomachum aiunt, id nobis, eo quod aliquando ita fuimus affecti, plane notum est. sicut etiam molestia torqueri, quippe quosdam sic fuisse affectos satis constat. An vero austero dolore, ab Archigene dicto, quispiam fuerit affectus, intelligi non potest, utpote nemine sciente, cuius rei nomen hoc adaptauerit. Nam puncturium, & distendentem, atque eos qui conformiter nominantur, atque ijs multo magis vehementem, & fortem, & violentum, & continuum, & intermittentem, nemo est qui non nouerit. utpote qui per nomina a consuetudine non abhorrentia, enarrantur, & quos quotidie euenire videmus. At austerum, & astringentem, & atrocem, & holicimon, ut nemo profert, ita si quis fortasse proferat, nemo intelleget. ¶ Ceterum oportet, & affectum esse communem, & appellationem ipsum declarantem, ab auditorum consuetudine non aberrare, veluti quum stomachum stringi dicimus, id quod nemo non dicere solet. quippe tali saepenumero sensu afficimur, qualem extrinsecus onus aliquod incumbens, inducere potest, idque in nonnullis oris ventriculi dispositionibus, quod per abusionem non solum populares, sed probatissimi quoque medici stomachon appellant. ¶ Quinetiam inter vehementer respirandum, nonnunquam grauitatem in dextra praecordiorum parte sentimus. id si citra febrim eueniat, aut obstructione aut dura dispositione hepar laborare conijciendum est. Veluti in inflammatione infestatur, febrim comitari necesse est. ¶ Itaque omnia huiusmodi & dici possunt, & manifesta sunt omnibus medicis. Archigenae prioribus, atque sine absurdis illis nominibus doceri possunt. Archigenis vero doctrina hoc habet exacte proprium, ut non nouarum rerum, sed nominum rem nullam declarantium, enarrationi studeat. Nam liberum de pulsibus, huiusmodi nominibus impleuit. quous ille, ut in commentarijs de pulsibus ostendimus, haudquaquam translatis indigeat nominibus.

¶ De via & ratione, qua simul & sedes affecta, & ipsius dispositio possit cognosci. Cap. III.



Quidem voluissem Archigenem, tantorum medicorum successorem, addere aliquid, quo clarior euasisset doctrina, non demere tantum, ut ne nos quidem, qui in artis operibus iam senuimus, dicta ipsius intellegere nequeamus. Igitur quod ab illo omissum est, id perficere aggrediamur. docebimus enim in primis viam & rationem vniuersalem, cuius ad-

Os ventri  
culi.  
Stomachus

Hepatis  
obstructio.  
Scirrus he  
patis.

miniculo, & ipse affectos locos inuenire, & cæteris viã ostendere possis. ¶ Igitur vt in priore libro dictum iam est, viã & ratio huiusmodi est. In primis quærere oportet singulorũ locorum propria signa, vt quomodocunq; afficiantur, aut per singulos affectus alterentur, inuenire possis. Deinde vtrum singulorum affectuum propria sint signa, an circa quãlibet partẽ variẽntur. Itaq; oportet & loci, & affectus non immemores, deinceps signa perstringere. ¶ Veluti si ita acciderit, vt pulmo inflãmatione laboret, tãta inducetur spirandĩ difficultas, tantaq; angustia, vt suffocari laborantes videãtur, ac recti sedere conentur, quem affectum orthopnoeam nominant. Quinetiam calidam sentiunt respiratiõnẽ, idq; maxime si erysipelatis particeps fuerit inflãmmatio, quocirca vbi plurimũ efflant, iuuari videntur, ac multum aerem frigidum attrahere concupiscunt, atq; inter tussindũ sputum expuunt, idq; modo hoc, alias alio colore infectum, vt interdũ rubrum, interdũ flauũ, aut rufum, ac spumofum quoq; & nigrũ, & liuidum appareat. Insuper grauitatis cuiusdam thoraci incumbentis sensum, sæpenumero percipiunt, ac dolorem ex imo ad ipsum peruenire, & ad pectus & ad spinam. Præterea acuta est ipsis febris. Pulsus vero habent, qualem in libro de pulsibus diximus. ¶ Sic vbi membrana costas succingẽs inflãmata est, acuta febris infestat, ac cedente, pulsus ea quam in cõmẽtarijs de pulsibus diximus proprietate, est autẽ dolor pũctorius, quũ spiritus difficulter trahit, ac magna ex parte sputum colore infectũ apparet, haud secus q̃ in peripneumonia. Igitur vtrosq; affectus spirandĩ difficultas necessario comitatur, eo q; affecta particula spiritus sit instrumentum, oritur autem febris, & propter affectũ ipsum, & propter positum. Nam & pulmo, & succingẽs costas membrana prope cor cõstituuntur. Inflãmatio vero calidus affectus est, sic etiã tussis ipsis vt spiritibus conuenit. Sed q; aliquid expuitur, id ab affectu ipso procedit. Quippe iam ostẽdimus, omnem inflãmationẽ, ex affluente fieri sanguine, quapropter si biliosus fuerit sanguis, flauum, aut pallidum erit sputũ. Si pituitosus, & spumans, & candidũ. Si melancholicus, aut nigrum, aut liuidũ. Si nichil horum sanguinem infecerit, rubrũ. Quinetiam in laterali morbo sæpenumero magis biliosum, in peripneumonia vero magis pituitosum, sequi consueuit. Sed de hoc satis iam declaratũ est. ¶ Quia autem inflãmatarũ partium excremeuta per asperã arteriam referuntur, eius rei causa, tum ad positum, tum ad formationem referẽda est, quippe quæ per solam hanc viã effluere possunt. At vero ventriculus duos habet meatus, vnum per quẽ nãtantes in ipso humores euomuntur, alterum per quem humores ad inferiora delabũtur. Verum id quod in eo vitiosum inuenitur, supernatat magis, ac vomitiõne reijci consueuit. Reliqua per intestina deijciuntur. Veluti renum, vesicæq; excremeuta, meiẽdo excernuntur. Cerebrivero redũdantia, per nares præcipue, nõnunq; vero per palatum, & aures vacuatur. ¶ Igitur sedes affectæ dinoscuntur, & ab accidentibus, & ab actiõne læsa, & excrementorum qualitate, & a tumoribus præter naturam, & doloribus, & a coloris vitio quod sequitur, vel in vniuerso corpore, vel in vna quapiam parte, vel

Peripneumoniae notæ.  
Orthopnoea.

Lateralis morbi notæ

Sputi qualitas.

Aspera arteria.

Affectorum locorum generales notæ.

## GALENI DE LOCIS AFFECTIS

Exercitatio  
circa signa.
Actio læsa.
Morbus la-  
teralis.
Hepatis in-  
flammatiō.
Inflammatiō  
pariū cōri-  
nentū he-  
par.
 duabus, idque maxime in oculis, & lingua, quibus addere potes, si vis, eam quoque affectionem, quæ proprie per consensum afficere dicitur, veluti in priori libro iam diximus. ¶ At nunc tempus esse videtur, ut amicos, quorum petitioni obtemperans, hos commentarios scribere aggressus sum, ad exercitationem inducam. fit autem exercitatio omnis: quum particularia sub eandem viam & rationem ducuntur. Huiusmodi autem doctrinae specie, ut per se ostendimus, non aliud inuenitur utilius, quippe viae, & rationes, ubi solæ sine multifaria secundum ipsas exercitatione cognoscuntur, haudquam possunt perfectos efficere discipulos. Altius igitur viam & rationem dicere aggressi, ad exercitationis modum accedamus. In primis quidem intueri oportet, num actio aliqua sit læsa, quippe cum ipsa proprium actionis instrumentum affici necesse est, deinde ubi actionem læsam esse perspexeris, ad modum læsionis accedendo, considera ad quam affectionem proprie pertineat. Postea affectam particulam nota, num tumore quopiam, at dolore infestetur, & quidem accurate cuiuslibet horum speciem inuestigando, sic enim non solum tumorum, verum etiam dolorum quoque, varios modos addisces. Aspice subinde affectæ partis excrementa, per quem meatum vacuetur, ac vide, num aliquid essentiae ab affecta parte secernatur. Postremo utrum omnino incocta sint ipsius excrementa, an mediocriter cocta. Ac deinde quid ad vniuersi corporis, & quid ad quarundam partium usum, ipsa conferat, partim per suas actiones, partim vero per colorem, & figuram ipsa fruuntur. Esto enim ut quispiam inter respirandum in notharum costarum loco doleat, non protinus hunc esse pleureticum suspicari debes, sed in primis quidem, an tussiendo aliquid expuat, intueri. id enim si coloratum, ut dictum est, videris, tum ipsum pleureticum esse diceres. Quod si tussiendo nihil omnino expuat, fieri potest, ut nihilo minus pleureticus sit ille quidem, sed inflammationem habeat, & incoctam & strictam, adeo ut nihil ab ea foras eijci possit. Ac fieri quoque potest, ut ob hepatis inflammationem, dolor in iam dicta sede excitetur. intentis videlicet internis vinculis, quibus nonnullorum iecur costis alligatur, atque sic dolor ad succingentem costas membranam perueniat. Verum nequaquam similis est pulsus, in hepatis, & membranae costas succingentis inflammatione, ac ne alui quidem sedimenta similia sunt, quamquam non in qualibet iecinoris inflammatione eadem sunt, sed in his affectibus qui proprie iecorarij nominantur. Igitur ubi nihil excernitur, a quo indicium aliquod sumi possit, satius fuerit præcordiorum dextram partem tangere, quod si nullus apparet tumor, ne sic quidem desistere oportet, quippe fieri potest, ut in sola summa hepatis parte, sit inflammatio, similiter etiam in gibbis partibus, ubi non omnes, sed hæc duntaxat intumescunt, quæ a nothis costis conteguntur. Itaque laborantem, ut vehementer respiret, monere oportet, deinde interrogare, num grauitatem sentiat, aut suspensam a superioribus, aut incumbentem vicinis. Accidit autem aliquando, ut in his, haud secus quam in hepate, oriatur tumor præter naturam, cuius occasione septum transversum oppressum, respirationem efficit difficiliorem, atque qui ita laborant, ab exigua tussi iritantur. Ergo in huiusmodi dispositionibus, solidum, firmumque discernendi

indiciū per omne tempus morbi, a pulsu sumendū est. deinde tractu tēpo-  
 ris, reliqua quoq; accidentia, consideranda sunt. Nam & linguæ, & vniuersi  
 corporis color alteratur, vbi hepar vitiatū est. Sicut rursus thorace affecto,  
 tussis increfcit, atq; eo tēpore omnino apparent, ea quæ tussiendo expuun-  
 tur. Igitur quēadmodum fieri non potest, vt illæsis spirandi, tū partibus, tū  
 instrumentis, difficilis fiat respiratio. accidit autē interdū, nullo existente in  
 ipsis proprio morbo, sed trāsuerso septo, aut detracto, aut oppresso, vt homo  
 difficulter spiret. Ita etiā vsu venire solet in ea sede, quę principem in se ani-  
 mæ facultatem continet. Nā cum & scientia, & opinio, atq; cogitatio om-  
 nis, in ipsa consistat, si harum aliqua lædi videatur, protinus ipsam quoq;  
 affectu quopiā laborare arbitramur. Nā vbi vel in pleuritide, vel peripneu-  
 monia deliriū icidit, nemo vel a costa, vel a pulmone, accidēs hoc prouenisse  
 se dixerit. Quippe vniuersi eā partem, in qua princeps aiæ vis residet, cōsen-  
 tire putant, ac nititur quisq; vt modum consensus sectæ suæ conformē ostē-  
 dat. Verū in alijs affectibus, non consentire, sed primogenio ipsam affectu  
 laborare aiūt. veluti in lethargo, & phrenitide. At vero vndiq; affici, vbi pro-  
 priarum ipsius actionū aliqua læditur. Proprias actiones dico, quæ a nul-  
 la alia parte, vt instrumēto fiunt. Nam reuera & videre, illā, & audire haud  
 quaquam negandū est, sed videre oculis, & audire auribus. Atqui vt cogitet, &  
 reminiscatur, & existimet, & eligat, neq; oculis, neq; lingua, neq; alia quapiā  
 parte vtitur. Quod si hæc animæ pars, ita esset in continente ipsam corpore, vt  
 nos in domo aliqua, in primis fortasse, nullam ei noxā afferri putaremus  
 a loco, quoniam vero ipsam lædi videmus, quomodo lædatur, esset inuesti-  
 gandum. Si vero veluti forma quædam corporis est, ab ipso inseparabilis, eā  
 lædi non inficiabimur, ob suscipiētis ipsam corporis alterationem. At quia  
 de hac re inter philosophos ingens pugna est, alijs eam veluti in domicilio  
 contineri dicentibus, alijs vero ipsam corporis formā esse putantibus, idcir-  
 co quomodo lædatur, inuentu perdifficile est. Quod vero lædatur, ab expe-  
 rientia discere licet. Etenim vbi fracto capitis ossi, terebra adacta est. si quis  
 vehementius cōprimat, protinus sensum omnē amittit laborans. Quinetiā  
 si inflāmatio quædam oriatur, nā & hanc interdū euenire videmus, mentē  
 itaq; lædi minime negandū est. Præterea nonnulli per vehementem capi-  
 tis vstionem, delirauerunt. atq; per fortes ictus, capiti adactos, sæpenumero  
 stupidum soporem sequi videre est. multi quoq; affectus in capite consisten-  
 tes, mentē haud obscure vitiant, adeo vt etiam populares, quū aut delirare  
 aliquem, aut mentē quomodolibet affici cōspiciūt, capiti remedia adhibēda  
 esse censeant. Verum enimvero quod principiū sensus & motionis ab impe-  
 tu prodeūtis, sedem in cerebro habeat, & quod hoc a mēbranis (Græci me-  
 ninges vocant) contegatur, id in alijs cōmentarijs, quam verissimū esse, de-  
 claratum est. Nunc vero quomodo distinguantur affectus primitiui ab his  
 qui per consensum eueniunt, considerandū est. Nam huiusmodi speculatio  
 propriē ad hoc nostrum institutū pertinere videtur, & quidem nō sine ma-  
 nifesta vtilitate, quippe quod ad curādī rationem pertinet, primū omnium

Princeps ani-  
 mæ facultas

Actio pro-  
 pria.

Caluarie  
 fractura.

Capitis v-  
 stio.

Affectus pri-  
 mitiuus.  
 Affectus p  
 consensum.



GALENI DE LOCIS AFFECTIS

Scire oportet, cuiusnam partii remedia sint adaptanda. Nam per solum consensum læso cerebro, si ea pars quæ primitiuo affectu laborat, fuerit curata, prius quàm cerebro propria aliqua eueniat dispositio, nullum in ipso relinquitur accidens. Quod si ex consensu, permanens aliqua fiat in ipso dispositio, tum non solum partii quæ primitiuo affectu laborat, sed capitii quoque remedia adhibere oportet. Quapropter exacte definire, utrum cerebrum, an membranæ ipsius primitiue afficiantur, haud magnam utilitatem afferre potest. In utraque enim dispositione, capitii succurritur. Igitur huic rei non ita vehemens studium adhibere, sed morbi potius essentiam, qualis sit inuenire, quippe humidum exiccare, aridum humectare, frigidum calfacere, calidum refrigerare, oportet. Ac si coniugatus fuerit affectus, per contrariam coniugationem ipsum curare, ut calidum & siccum, humectare, & refrigerare, humidum, frigidumque exiccare & calfacere, atque in reliquis duabus coniugationibus ad portionem, ac in cæteris morbis omnibus, eadem ratione similiter facere conuenit. At vniuscuiusque speciem, in libro de morborum differentiis persecuti sumus. Quum itaque & cerebri, & membranarum eius, iidem morbi simili curatione indigeant, logica magis, quam ad curationem utilis esse videtur quaestio, in utrolibet illorum contineatur princeps animæ facultas. Verum an in corde sit ea facultas, longe diuersa, atque omnino differens est quaestio. Esto enim ut a flaua bile in corde & accumulata, & putredine affecta, phrenitis sit excitata, nonne delirare videbitur is, qui caput oxyrhodino (id est oleo rosaceo cum aceto) perfundere iusserit? Nam si hoc praesidio phrenitidis causa sanari possit, non capitii, sed thoracii, ipsum adhibere poterat. Neque tamen vniuerso thoracii, sed illi duntaxat partii, in qua cor continetur. Haecenus hæc explicasse sufficiat, hoc addito, quod non affectum locum, verum etiam causam illi noxam inferentem, considerare oportet. ut exempli gratia, delirium est accidens eius actionis quæ a loco mentis compote prodit. similiter sopor stupidus, sed a contrariis causis oriuntur. Quippe & vigiliam & delirium, causa potestate calida efficit. At quotquot somnolenti & soporosi sunt affectus, omnes a frigida causa proueniunt. Id quod ex medicamentorum natura, plane discere licet. Quippe frigida stuporem soporemque, calida vero vigiliam, & varias motiones inducunt. Sed quid opus est fortia medicamenta enumerare, cum quotidie videamus & lactucas, & potabilium, calidarumque aquarum balneas, & vinum modice dilutum, somnum inducere? reliquorum medicamentorum exemplo, quæ & humectare & refrigerare possunt. Quæ vero istis contraria sunt, vigiliam excitare. Itaque tenuis ratio victus, & vinum meracius, vigiliam inducunt, idque multo magis, cum vinum meracum, aut suapte natura fuerit calidum, aut valde antiquum, veluti apud nostrates Pergami olim accidisse, memorie proditum est. Neque absurda videtur historie ipsius narratio. Grammaticus quidam, singulis diebus balneum petens, vnum ex pueris secum ducebat, altero domi relicto, qui rem familiarem seruaret, atque ea quæ ad victum essent necessaria, prepararet. Puer itaque domum custodiens, quum vehementi siti cruciaretur, nec esset ei aquæ copia, vinum antiquum liberaliter potauit, atque ex reliquo tempore vi-

Delirium.  
Paraphrosi  
ne.  
Sopor stu  
pidus.

Historia de  
vino.

gil omnino permansit. Postea correptus febre, vna cū vigilijs oborto delirio periit. **C**æterum animantia quæ frigidiori sunt natura, per hyemē ob frigoris vim, perinde ac si mortua essent, latitare solent. Atq; tū vīperas quoq; videres, si manibus tractentur, deferanturq; haudquaq; mordere. Nam per æstatem, tum hoc animal, tum serpētes reliqui omnes, maxime sub caniculæ feruore, quum vehemēter æstuant, furorem præ se ferre videntur, adeo vt ne exiguo quidem momento quiescere possint. Quod intellegens Nicander,

Animalia  
latentia.  
Viperæ.

- » Non temere offendas calcando Cenchridis artus,
- » Dum furijs agitur.

Cenchris.  
Nicander.

Verum de ijs alibi pleniorē inuenies & enarrationem & demonstrationem. Siquidē calida causa motum excitat, atq; idcirco vigilias affert, frigus autem ociosum, & ad motiones pigrum reddit animal, ob idq; somnum, soporemq; inducit. Igitur qui hæc intellegit, quum per ardentium februm vigorem, hominē viderit & vigilare, & delirare, deinde inclinante iam febre, & dormire, & recte sapere, in capite nullam propriam esse dispositionē, sed a febris abundantī calore, delirium fieri existimabit. Sic etiam in peripneumonia, & laterali morbo, quum ad vigorem febris peruenerit, delirium sequi solet, nullo existēte in capite proprio affectu. Quippe tum affectus proprius esse putandus est, cum permanere in parte quapiā conspicitur. Vnde si in laterali morbo, permanens eueniat deliriū, caput propriū habere morbum perpēde, ita vt quamuis lateris morbus quiescat, possit tamen capitis morbus permanere. Sæpenumero enim vidimus panum ob vlcus aliquod obortum, vlcere curato, deinde diutius infestare. Ergo quum pars aliqua simul cum alia sic afficitur, vt irritata quidem vna, altera vehementius molestetur, remissa vero irritatione quiescat, eam per consensum affici putandum est. Hæc enim vna coniectura communis est. Sed de cerebro, vt dictum est, proprium sumitur indicium, si non assidue delirium permaneat, sed auctam febrim sequatur. Atq; eadem ratione fieri solet, vt quum februm accessiones irruere incipiunt, sopore, laborantes grauentur, quod hoc tempore cerebrum vehementer sit refrigeratum. quippe quod alioqui paratissimū est, vt noxam huiusmodi subeat, quum intemperiem habeat frigidam, non vero tantam, vt hæc sola prædictorum accidentium possit esse causa, sed quū accessio ab initio processerit, frigus adeo increscit, vt soporem queat inducere. Id vero, vt dixi, fieri consuevit, vel ab intemperie frigida, vel a pituita in cerebro exuperante.

Vigiliae.  
Delirium.

Proprius affectus.

Panus.

Affectus per consensum.

Sopor in februm accessionibus.

**C**GALENI, DE AFFECTIS LOCIS, LIBRI SECUNDI,  
FINIS.

GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM DINOTIO-  
ne, Liber Tertius.

Quæ actionum noxæ, ipsarum actionum instrumenta affecta esse de-  
clarant, aut primitiue aut per accidens. Cap. I.

Archige-  
nes.



De affectis locis, sic enī vocant corporis partes, pau-  
ci admodum medici scribere aggressi sunt, ac mul-  
to plura quā attigerint, omiserunt. Ita quæ ceteris silē-  
tio præteritis, vnus Archigenis haud indigni qui  
omnibus præferretur, meminimus. diximus enim  
eum sermone, quo asserit actiones quasdam lædi, ille-  
sa ea corporis particula, quæ ipsis deputata est, dis-  
cussione egere. Quam defendi potest, si videlicet  
pars per alterius consensum læsa, nondum perma-  
nentem habeat dispositionē, sed veluti vmbra quædam, vt ipse dicebat, insit  
hæc ei affectio. Nam si ad ignē quis propius accesserit, vt fere cōburi videat-  
tur, citra tamen vstionem, dolebit quidem vehementer, sed calfacta parte ni-  
hil adhuc patiente. Sic etiā vbi ambiens aer vehementer frigidus, aut aqua  
exacte frigida, aut nix infestat, grauis admodū dolor excitatur. Atqui abla-  
ta re quæ nocuit, protinus conquiescit affectio. Quāobrem satius fuerit, vt  
dicamus, nomine id ipsum indicante, affici quodammodo eam partem, quæ  
alteri cōsentit. Neque enim pars quæ nihil patitur, sed ea quæ cū alia patitur,  
consentientis vocabulo significatur. Ita quæ quū affecto stomacho, oculi simi-  
libus infestantur casibus, quales in suffusionibus apparere solēt, dicendū est  
illos pati, elato ad cerebrū ab humoribus in vētriculo cōtentis, fumoso quo  
piam vapore, non tamen adeo afficiuntur, vt ablata re quæ molestiā intulit,  
propria curatione egeant. Verū huiusmodi disputatio, vt dixi, ad dialecti-  
cam potius pertinet. Quæcunquæ enī quæstiones vsum transcendūt, qualis sit  
rerum natura secundū propriam essentiam indagantes, haud dubie logicæ  
esse censentur. Sic etiam Chrysippus philosophus de animi ægritudinibus  
scripsit. Vnū quidē de curādī ratione librum, quo scilicet maxime ad earū  
curationē vtīmur, cui tres alios subiunxit, qui logicas continēt quæstiones,

Suffusioes.

Quæstiones  
logicæ.

Chrysippus.

Quæ scire oportet, quomodo læsa actione, distinguantur partes pri-  
mogenio affectu laborantes, ab his quæ per aliarum consensum  
afficiuntur. Cap. II.

Archige-  
nes.



Gitur quot sint læsarum actionum modi, Archigenes pa-  
rum accurate explicuit, quamuis hæc quæstio, & melior, &  
huic nostro proposito vtilior fuisset, quod & primo affectæ,  
siue proprie affectæ, siue quomolibet nominaueris, corpo-  
ris sedes, ita deprehenduntur, & curādī quoque facultas abūde  
suppetit. Ego vero in vocalibus instrumentis id iā exposui,  
ac in eo quoque, quod in manu sensum amisit digitorū, ipsis nō affectis, quippe  
inuēta in dorsi initio pars, quæ primo afficiebat, idoneā curationē ostēdit.

Vocalia in  
strumenta.  
Digiti affe-  
cti.



**Q** partes, quarum actiones, eo quod alijs consentiunt, læduntur, alia quidē in proprio suo corpore habent dispositiones ipsas, alia vero priuant, aut materia, aut facultate, quæ ipsarum viribus influere solebat. Caput. III.



Ed aliter eueniūt suffusionis accidentia, affecto ventriculo, atque aliter ei, qui ab alto decidit, nullo existente in vocalibus instrumentis vitio, vox intercepta est. Denique alia consensus specie laborabat is, cuius digiti sensum amiserat. Siquidem oculi vexabantur quod ascenderet ad eos aliquid, vox autem quod materia eius esset oblata. Sed digiti idcirco torpebant, quod sentiendi facultas ad ipsos non descendebat. proinde fatius fortasse fuerit, ut existimes, tum vocalia instrumenta, tum digitos nulla affectione laborasse, id quod de oculis haudquaquam dixeris. Nam his ut fumo so vapore impletis, affectus ipse inest. Vocalium vero instrumentorum, atque digitorum officium læditur, non quod veniat ad eos quippiam præter naturam, sed quod careant eo quod secundum naturam ad ipsos venire debet. Sane secundum dorsum spinam læsa nervi origine, vis sentiendi digitis non influat. Neque guttur resolutis intercostalibus musculis efflatum spiritum recipit. Nihilominus recte dixeris, in ipsis hanc esse passionem, quod non perueniant ad ipsas partes ea, quæ antea quum secundum naturam se haberent, venire solebant. Etenim fontes affici haud absurde putaueris, si non perueniat ad ipsos aqua. Sic Cerealiū quoque frugum e terra prodeuntium, squalor immodicus, passio est, & animalium, cibi portionisque penuria. Quoties enim alicui deest illud, sine quo secundum naturam, munere suo fungi non potest, ipsum optimo iure affectum esse putandum est. Sed huiusmodi questiones (ut iam dixi) ad dialecticam potius pertinent. Ceterum magna medicorum pars negligit eas considerationes, quæ vel læsis, vel deperditis actionibus, necessariae sunt. Quum enim duæ tresve fuerint aliquam huiusmodi actiones, accidit interdum, ut vna particula affecta, reliquæ illi consentientes in suis actionibus simul lædunt, interdum vero, ut omnes eodem modo afficiantur. Atque accidit interdum, ut harum aliqua dispositionem habeat (ut ita dicam) ectica, id est quæ tenaciter hæret. reliquæ vero (ut sic dixeris) schesin, id est quæ facile discutitur. de quibus secundo libro de viuorum dissectione, atque in eo qui hunc præcedit iam diximus. ac non nihil in sequentibus quoque dicemus, ut videlicet futurum sermonem, qui sine huiusmodi definitionibus explicari non potest, perficiamus. Sed iam enarrare aggrediamur id, quod admodum utile fuerit perdidisse, propter eos, qui verbo quidē demonstrare nituntur, affectorum locorum investigationem, medicis esse necessariam, opere vero illam euertunt. Atque vnum aliquem affectum pro exemplo sumamus, sitque is pleuritis, in qua, latus esse affectum, Morbus lateralis dolor ipse declarat. Sed vtrum succingulum vocatum, siue membrana, siue tunica (nihil enim refert) inflametur, in pleuriticis, an alia quidam lateris particula, præterea vtrum pulmo secundum fibras necessario afficiatur, an omnino affectionis sit expertus, Empiricorum defensio. re nihil ad rem pertinere autumat ij, qui vsu, & experimeta præferunt. dicunt enim multos se vidisse pleuriticos, tum a præceptoribus, tum a se curatos, obseruatis ijs præceptis, quæ ab Hippocrate in libro de ratione victus in acutis morbis, præscripta d. j.

## GALENI DE LOCIS AFFECTIS

sunt. item quid ipsis proſit, & quid noceat noſcere, euidentia ſigna habere, quibus diſcant cui venam ſecare oporteat. Inſuper de fomentis, cataplaſmatis, victus ratione, alui ductione, nihil ſibi ad completam notitiã deſſe, idq; ex longa experiẽtia. Sed quid vel Hippocratẽ, vel alium quẽpiam illo priorẽ induxerit, vt hæc inueniret auxilia, ſe penitus ignorare, ſatis ipsis eſſe, ſi iam dictis remedijs commode vtantur. id quod alios quoq; artifices facere videmus. Neq; enĩ faber, ſiue lignarius, ſiue ærarius, neq; cerdo, quo pacto artes ſuę fuerint inuenta, inquirunt, ſed a præceptoribus edocti, vſu eas probant, & confirmant, atq; ſic clarum nomen aſſequuntur. Equidem, vt verum fatear, quum medicos qui ſe empiricos ab experientia nominant, talia proferentes audio, inducor certe vt probabiles putẽ eorum rationes, videnturq; mihi, qui rationalem medicinam profitentur, cõtra illos parũ idonea ſe reſponſione tueri. Proinde vt per omnem ætatem, ne temere cuiquã aſſentirem, ſemper me cõtinuei, ita apud ægros diu, multũq; debita auxilia inueſtigauĩ, an videlicet logica demonſtratione indigerem, an ſufficerent ea præcepta, quæ ab experientia, & præceptoribus, atq; ex meipſo didicerã. Igitur ea quæ diutina inquiritione longe optima iudicauĩ, ita me diũ ament, veritatis amatores docere nõ grauabor. Nihil enim cauſæ eſt, quamobrem mentiar, quod facere ſolent ij, qui vni ſectæ addicti, omnem ex ipſa gloriã que- runt. quippe cõtentiõſe eos defendere oportet, eam ſectam veram eſſe, quam vnicaſi nouerũt. nam ex nullo alio diſciplinarũ genere, gloriã ſperare poſſunt. Ego vero rei ipſa, & publice, & priuatim, apud eos videlicet qui ſectam quãlibet a me diſcere cupiebant, oſtendi, in omniũ ſectarũ ſcientia (ne maius quicquam dixero) me eſſe poſthabendũ nemini. Quod ſi vni ſectarum patrociniũ ferre, vel breuibus quibuſdã rationibus aggrederer, nemo tã facile me deprehenderet. Nõ enim, vt nõnulli faciunt, ex libris eas didici, ſed præſtãtiſſimis in vnaquaq; ſectã præceptoribus vſus ſum. Itaq; innotui Romæ, tum primoribus eius vrbis ciuibus, tum imperatoribus deinceps omnibus, & quidem ob artis opera, non ob ſophiſticas rationes. quãobrem nihil prohibet, quo minus de vnaquaq; ſectã vere dicam ea quę ſentio. Igitur per artis exercitationem comperi, eam inuentionẽ quæ ex vera demonſtratione procedit, in his quæ raro accidunt, remediorum copia experientiam longe ſuperare. Equidem multos morbos curauĩ, medicamentis ab experientia maxime alienis, quæ quidem in libro de curandi via & ratione latius explicata ſunt. Nunc vero ea duntaxat perſtringam, quæ noſtro propoſito magis accommodata videbuntur. Nam comperi læſas actiones non ſolum in ſimilaribus partibus laborantibus, verumetiam in alijs quibuſdam particulis, quæ licet actionem non habeant, vſum tamen quendam præſtare videntur. Sic etiam inſtrumentalium partium morbos, actioni nocentes deprehẽdi. Quibus præcognitis, inueni deinceps morbos quõſdam, cõtinenter plurimos homines infeſtantes, alios vero raro accidentes. Atqui experimenta tantũ ſpectantes medici, nõ ea quæ raro, ſed quæ crebro accidunt, memoria, & imitatione aſſequũtur. Quocirca diſpoſitionũ raro euenientiũ, nõ ſolũ cu

Galenĩ deli-  
beratio

Galenĩ fa-  
ctantia

Concluſio


Cõtra empi-  
ricos

rationem, verū etiā prāueniētes ipsarū notiones negligunt. Proinde primū inuestigauī quomodo cognoscendæ sunt, inueniōq; earum quasdam artificiali deprehendi posse notitiā, nōnullas vero artificiosa vocata cōiectura, atq; idcirco ipsas magna ex parte rectas. Eiusmodi enim est artificiosæ cōiecturæ vis. Verū & has ipsas, & dispositiones eis priores, quæ videlicet artificialem notitiā admittūt, indigere semper inueni affectarū partiū notione. Itaq; medicinam professus, vsq; ad senectutē, nullam in hodiernū vsq; diem calūniā subiij, neq; curando, neq; præsagiendo, id qđ celeberrimis quibusdam medicis interdū accidere meminī. Quod si quis gloriā ab artis operibus, nō a sophisticis sermonibus assequi voluerit, is citra erumnā facili cōpendio colligere poterit ea, quæ per omnem fere ætatē diligentī inquisitione inueni. Idq; sibi persuasum habeat, hac viā & ratione, medicamenta me inuenisse, quibus morbos raro eueniētes curarem, quū antea neq; præceptorē vidissem huiusmodi morbos curantem, neq; ipse aliquod expertū habere remediū, id quod, per deos immortales, affirmare nequaquā timeo. Quippe vitiatā actiōne, semper inuestigare studebam, quæ nam sedes, vel ipsa afficeretur, vel alteri cōsentiret. quūq; eam inuenisse persuasum mihi esset, tū dispositionē ipsam querere, atq; ex vtriusq; totius curatiui generis indicatōnem sumere, simul remediōrū & quātitatē, & qualitātē, & idoneam materiā inuenire. Præterea cū prædictis, & ætatē, & naturam laborātis, tū anni tēpus, & terrā, & id genus aliā, quorū in Hippocraticorū librorū enarratione meminī, perpēdere opere precii ducebam. Verū superioribus duobus libris hunc præcedentibus, nisi fluxa admodum fuerit memoriā, didicistis affectas sedes quinq; modis posse deprehendi. Nempe ab excrementis, atq; ijs quæ affectis partibus adnascuntur, item actiōne læsa, quibus connumerantur & color præter naturam, & figura. Sed excrementa trifariam diuiduntur, aliquando enim affectarum scdium partes, ipsarum videlicet essentia vel soluta vel dissecta excernuntur, interdum ea quæ in ipsis continentur, nonnunquam aliquid quod morbosas dispositiones sequitur. idque vel solas, vel semper, vel magna ex parte. Cum itaque in quibusdam affectibus, nulla aliā mihi pateret viā, sola actiōnis læsio, satis conducebat ad affectarum, partium inuentiōnem.

Galenī gloria

Affectorum locorū quīn-  
tuplex dep-  
henfioExcrementa  
triplicia

¶ De memoriā perdita, deq; alijs affectibus qui circa principem animæ facultatem euenire possunt. Caput. IIII.



igitur cū deperditā cuiusdā memoriā restituere oporteret, essemq; adhuc iunior, ac neq; præceptorē vnquā vidissem, qui huiusmodi affectiōnem curasset, neq; ab antiquorum aliquo curationem didicissem, apud meipsum inuestigauī. Primū quidē quenam pars esset affecta, cui topica, id est localia vocata remedia adhiberem, prius videlicet vniuersi corporis curatiōe præmissa. Id enim cōmune præceptū est, qđ in oībus morbis obseruare oportet. Deinde qua viā ratiōe, remediōrū singula inuenirē,

Memoria læsa

Topica re-  
media

d. ij.

## GALENI DE LOCIS AFFECTIS

Cæterū affectam sedem eam ipsam existimaui, qua princeps animæ vis cōtinetur. Medicamenta autem ea adhibenda esse, quæ huius sedis dispositiōni aduersarent. Interim oratos habere velim omnes, qui in horū cōmentariōrū lectiōnem inciderint, vt pruritū, sollicitudinē, vel insaniam, quam de sectis conceperūt, deponant. deinde sic, vt probos viros decet, dicendorū seriem considerent. Equidem quum ea quæ iam supra proposui, perpendere, accepi Archigenem librū quendam, de oblæsa memoriæ restauratiōne edidisse, quocirca omnes bibliothecas ilico percurri, conueniq; bibliopolas omnes, atq; medicos quoq; quos & viri, & scriptorū eius, studiosos esse sciebam, quo eius libri copia mihi daretur, sperans in eo remedia me inuenturū, locum autem affectum minime, quod plane scirem nullā aliam a corde sedem huic affectiōni ipsum destinasse, secta ipsius constanter defendente, principem animæ vim in ea parte sedem sibi vendicare. Porro intellegere cupiebam quod intemperantiæ genus, eius affectiōnis causam esse putaret, neq; enim dubitabam, quin distemperantiā aliquam pro causa afferret, vtpote qui sectam eius non ignorarem. Sciens itaq; octo intemperantię genera in qualibet particula posse consistere, quatuor simplices, & quatuor compositas, noscere cupiebam, quod intemperantiæ genus Archigenes læsę actionis causam esse declararet, frigus ne, an humiditatem spiritus in corde, an compositum ex frigore & humiditate, aut ariditatem cum frigore, putaret huiusmodi posse affectiōnem producere. Etenim manifestum erat, eū in hac re nihil tribuisse calori. Sed quid demum mihi acciderit, ijs qui huius sectæ insaniam absterferint, iam narrare aggredior. Sane primos eius libri sermones scripsi, vbi videlicet Archigenes curationem scribere aggreditur deletæ recordatiōnis, siue obliuionis, siue memoriæ amissæ, aut læsæ, vel vtcūq; eam, quam supra proposui affectiōnem, nominare volueris, aut si nō affectiōnem, sed morbum, aut accidens, aut infirmitatem appellaueris. talia enim a sophistis tractantur, quæ ne minimam quidem vtilitatem ad curationis rationem afferunt. Verum quo clariora reddantur ea quæ posthac dicemus, hoc prædicere necesse erat. Archigenes vndecim libros epistolarum scripsit, in quorum primo, extat ad Marsum epistola, qua consulit, vt patri memoriā restituere nitatur, atq; ab initio statim post proœmium, vbi curationem tractare incipit, ita ad verbum fere scriptum est. Itaq; modici sanguinis iterata detractio, incipiente etiandum malo, meo quidem iudicio, non parum conferre videtur, nisi laborātis forte imbecillitas obstiterit. Deinde rursus inquit. Consultum michi videtur, vniuerso quidem corpori, & irrigationes, & fomenta, de raso vero capiti, cucurbitulas, adhibere. His ita lectis (vt verum fatear) fastidio affectus sum. idq; nō ab re, quod spe quam de viro conceperam, frustratum me viderem. quippe qui millies, in multis commentarijs suis, affectorum locorum, atq; dispositiōnis ipsorum scientiā, necessariam ad rectam curationem esse dixisset. Sed quid vtilitatis inde consequemur, nisi ab ipsis ad remediorū inuentiōnem dirigamur? Qua igitur o Archigenes probabili ratione persuasi, caput aggrediemur, relicto corde.

Archigenes

Intemperantię genera

Archigenis epistolæ

cuius cognatū quoddam officium memoria est? Quā dispositionem sanando, cucurbitula capiti adhibita, memoriam reuocat? qua ratione huiusmodi suades remedia? ita nunc quoque inter visitandū ægros, per cōmunes cōsultationes, video medicos inter ipsos interrogātes, qua ratione hoc potius, quā illud adhibere suaserit, atque ij ne minima quidem negligūt, tantum abest, ut tam grandia, qualis est cucurbitula capiti adhibita, prætereant. Neque video, si pectori e regione cordis fuisset adhibita, qua ratione Marsi patrem iuuare potuisset. Præterea proposita iam verborū series, non explicat, utrū concisa ante scalpello, an integra cute, cucurbitulā thoraci aptare voluerit. Si enī forte fortuna, ut nonnunquā euenire solet, frīgida aridaque fuerit dispositio, sanguinis quidem detractio ad extremum ducit periculū, solæ vero cucurbitulæ, non alio nomine, quam calorīs excitandi gratia, vtilis esse censent. Cucurbitulæ enim attrahūt ad sese humorē ex imo, id quod aridæ dispositioni maxime aduersatur. Ignota itaque dispositione, quæ vel caput, vel membranas ipsius afficit, haudquaquā tutum fuerit, in exteriores caluariae partes materiam retrahere. Sic enim prædicere debuerat, si frīgida humidaque affectio fuerit, capite hoc modo disposito, curationis summā in calfaciendo exiccandoque statuere, atque præsidiorū materiā, quæ huiusmodi habeant facultatem, adhibere oportet. Quūque vix ex obscura me vertigine recollegissem, sequentia etiam legere aggressus sum, inuenire me posse sperans, si nō per ordinē, saltem sine ordinē, huiusmodi aliquē sermonem, qualis is erat, quem nuper exempli causa percurrimus, deprehendi itaque omnia præsidia per delectum vehementer calorifica atque exiccantia, adeo ut totum caput, synapismo ab ipso vocato, calfaceret, quāuis vehementissimū sit medicamentū. Deinde ablato sinapi, caput nitro cōspargere, mox aqua rigare iubet, quo medicamine nullū in arte medica violētius inuenies. siquidē dolorē veluti cauteriū excitat, sed diutius durat eius operatio. Itaque Archigenes inferēs, inquit. Igitur intolerabilē habet dolorē, neque ulli vel maximorū præsidiorū cedit hoc medicamentū, quippe ex sinapi, nasturtio, grano gnidio, vua taminea (staphidagriā Græci vocant) apophlegmatismos instituit, ac sternutamēta mouere, & potiones propinare iubet, vtraque ex vehementer calidis aridisque medicamentis cōponens. Ut facile cōstet ipsum credidisse, ad humiditatem, & frigiditatem, vel cerebri, vel membranarū, hanc dispositionē pertinere. Huiusmodi enī dispositio, si caluariā tantū affecerit, hominē memoria haudquaquā priuabit. Verū hac obiter propterea dixerim, quod exiccantia calorificaque remedia inducit, quæ nusquam ab ipso explicatū est, humore frigoreque obliuionē cōstare. Sed quis nō indignabit, vidēs caput tātis vexari negocijs, alia videlicet parte affecta? Ceterū id quod de cucurbitulis ab initio indeterminate protulit, postea pergens huiusmodi verborum serie manifestissime declarat. Atque irritationes (inquit) quas sinapi, cucurbitulæque intulerunt, leuare oportet, quippe quæ interdum mitiores, interdum vehementiores esse solent. Atque efficaciores sunt illæ, quæ concisa prius cutæ, adaptantur. Verum o clarissime Archigenes, nulla tibi suffragari ratio potest, quāobrem capiti ista adhibeas,

d. iij.

Cucurbitula  
Phlebotomia

Apophlegmatismus

Cucurbitula si affectio consistat in corde. Neque ab experimento, ut interim empiricos alloquamur, talia possunt inueniri. Aestuans quispiam sub ardente febre, frigidam aquam per intemperantiam ingessit, & non nihil praesidij expertus, medicis imitationis viam, nulla interueniente ratione, aperuit. Cucurbitula vero, nulla occasione duce, sed sola indicante ratione adhibetur. Neque enim sua sponte cucurbitula sese adaptare, neque etiam si hoc detur, per occasionem aliquam capiti adhiberi potest, praesertim in ea affectione, quae raro euenire solet. Interroganti vero mihi nostrae tempestatis medicos, praecipue senes, & exercitatos, curassent ne unquam huiusmodi affectum: omnes pene responderunt, nunquam id se tentasse, vno duntaxat excepto, qui diceret curationem quidem aliquando se aggressum, nihil vero profecisse. Quo pacto igitur eorum, quae ex occasione duntaxat apparent, auxilia, vel experimento, vel imitatione cognoscemus, cum raro eueniat huiusmodi affectus, neque sua sponte possit cucurbitula per occasionem capiti adaptari. Frigide enim potio, caeteraque id genus remedia, quorum quotidie in multis creberrimum facimus periculum, per experimenta inueniri possunt, sed cucurbitulae appositio, siue concisa prius cute, siue ea integra fiat, ab experientia occasionem accipere non potuit. Quum enim reliquarum affectionum sedes, quamuis non exacte, ad inuentionem tamen remediorum, satis sensibus dinoscantur, in memoria id conceditur minime. Reliquas voco affectiones, ut lateralem morbum, peripneumoniam, nephritidem, dispositionem colicam, hepaticam, splenicam, aut vesicae, aut vteri affectus, atque id genus caeterarum partium. In quibus omnibus, & dolores, & ea quae per meatus excernunt, & si non exactissime, saltem in latitudine, sedem affectam declarant. In laterali enim morbo facile est vniuerso lateri adhibere quicquid volueris, similiter vteri in colica, quemadmodum si hepar aut lienis inflammetur, praecordijs, atque haud secus in caeteris partibus. Deperdita vero memoria, nullum affecti loci signum, neque tumor praeter naturam, neque dolor aliquis, neque excretio, neque aliud quidpiam extat. Quemadmodum neque in melancholia, phrenitide, mania, morbo comitiali, lethargo, sopore, & in ea affectione quam recetiores medici catochen, id est vigilantem soporem nominant, atque catalepsi, id est occupatione, ac ne in ijs quidem affectibus, qui vel toto corpore resident, ut spasmis, & saltibus, vel altera duntaxat medietate, ut paralyssi, nullum enim signum ab his tanquam ex radice prodit. quippe neque tumor praeter naturam, neque dolor, neque color a priori mutatus, neque excrementa, vnde Archigenes potuisset inuenire remedia. siquidem nugaces sunt empiricorum occasiones, atque Archigenis sermo nos ducit ad cor. Verum si concedamus ab experientia, dictarum affectionum auxilia prodixisse, nunquam manifeste deprehendetur falsa illorum arrogantia qui rationales vocantur: ac ne simplex quidem illa reprehensio erit, sed gemina, atque vtraque fortis. Si enim usque adeo utile est experimentum, ut non solum citra rationem inueniat remedia, verum etiam coarguat rationem tanquam aperte falsam, tantum abest ut ratio dogmaticis medicis sit vsui, ut etiam nocere videatur. Sed (ut aiunt) satis reprehenditur id quod inutile esse ostenditur. Quod si ratio aliquando etiam nocere

Catoche  
Catalepsi

videatur, quod maius argumentum desideras, quo rationis vitium ostendatur? Porro multas de principe vi animæ rationes, dialectico more interrogando inductas, vna cum affectorum locorum vsu, quibus euincere possis, in animalibus affectibus, auxilia cordi adhibenda esse, ita subito contempsit Archigenes, alioqui in curandi ratione exercitatissimus, vt neglecto pectore, capiti cucurbitulas adaptaret, ipsumque, licet haudquaquam affectum, & incideret, & vreret. Num igitur per Iouem metitus sum paulo ante, cum dicerem rationalem viam, quod ad remediorum inuentionem pertinet, omnino prodi ab his scilicet, qui patriæ, quam sectæ suæ prodicionem, equiori ferrent animo? quippe prodicionem esse arbitrantur, si vera dicendo, dissentendum sit his, quibus ea secta defenditur. Igitur vt in præsentia, turpem contentionem manifeste declarant, sic etiam haud obscure demetiam suam produnt, cum putant omnia sua decreta turbari, si aliquando, vel in vno reprehendantur. Placitorum enim alia, mutua consequentia coherant, alia inter se pugnant, alia neque consequuntur sese, neque pugnant, vt in hac ipsa de principali animæ potestate, questione. siue enim in corde, siue in capite sedem ei statueris, poteris de naturæ elementis, quacumque volueris eligere opinionem, cum priore sententia, neque pugnando, neque consequens aliquod adducendo. haud secus de generatione quoque & corruptione, de animæ essentia, de dijs, de prouidentia, de fato, item genitus ne sit mundus, an ingenitus, finitus, an infinitus, præterea an plures sint mundi, numeroque incomprehensibiles, an vnus duntaxat. quippe nulli iam dictorum placitorum repugnat, neque ad vllum ipsorum sequitur, ea quæ de animæ vi principali habetur opinio, siue in corde, siue in cerebro eam contineri dixeris. Itaque produunt vniuersam sectam rationalem, qui huiusmodi scribunt curationes, cum de præcipua animi vi, adeo manifestæ sint demonstrationes, vt omnibus fere hominibus nota sit pars qua residet, solis medicis summisque philosophis qui in corde eam collocant, non apparet. Demonstrationes vero ipsas, in commentarijs quos de Hippocratis, Platonisque decretis edidi, iam dixi. Porro rationalem animæ vim in cerebro, virilem vero, atque irascibilem in corde, concupiscibilem in iecore sitam esse, nemini non persuasum est. Id quod quotidie dicentes audiendo, discere licet. Quippe fatuum, aiunt cerebrum non habere. Timido et pusillanimi, cor deesse. Tityo vero iecur ab aquila erosum, non solum poete, verum etiam pictores, sculptoresque fingunt. Sed tempus est vt ad propositum redeamus. ¶ Sane in confesso est omnibus medicis, si opera spectes quæ rationali potestate affecta laborantes faciunt, caput propriam rationis esse sedem. proinde consideremus oportet, qualis sit in vnaquaque affectione dispositio, de læsa memoria principium facientes, tum quia iam de ipsa loqui statuimus, tum etiam quia crebro ipsa nobis occurrit, vitiosa simul quodammodo ratione. Quæadmodum si ratio lædat, memoriã quoque lædi contingit, vtriusque noxa ab eadem dispositione procedente, quæ vbi vehementius intendit simul cum memoria, ratio quoque deperditur. Quæ affectio, stultitia nominatur. Sic in lethargo etiam, atque omnibus soporosis affectionibus, utroque pereunt. Atque dis-

Tityus

Memoria  
læsaStultitia  
Sopor

Lethargus

d. iij.

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

Animalia  
latentia

Capitis gra  
uitas

Vigiliæ  
Sopor

Hippocra  
tes

Actiões  
principales  
Actiões  
morales

Vigilans  
sopor

positionem ipsam, secundum primum genus, similem esse necesse est, nempe intemperiem. Iam enim explicauimus, eam similarium partium, quæ primo operantur, communem esse dispositionem. Secundum vero alterum genus, frigida omnino intemperies est, ipsa enim animales actiones torpidas efficit. id quod animalia quæ per frigora latere coguntur, haud obscure declarant. Id etiam in frigidis medicamentis videre est, ac frigidis quoque cibis, siquidem lactuca, graues inducit somnos, si multam ipsius quantitatem quis ingesserit. ¶ Verum etiam capitis grauitates, quæ videlicet sine mordaci infestant dolore, somnum, soporemque afferunt, quibus apophlegmatissimi magnifice opitulari videntur. Ad hæc non mediocri argumento sunt, capitis & ardor & refrigeratio. siquidem ardor, vigilias, refrigeratio, soporem inducit. Item biliosi calidique morbi, vigilias, deliria, phrenitides. contra, pituitosi frigidique, ignauiam, soporemque efficiunt. Quippe quod ad vigilias, soporesque per morbos pertinet, calida, frigidaque intemperies, primam sibi facultatem vendicat, altera vero ab hac, ad humiditatem ariditatemque refertur. Item balneæ quoque, eo quod caput madefaciunt, soporiferæ sunt. haud secus vini moderata potio, omnes cibi humectantes, atque ex ætatibus pueritia quidem, ob humorem somnolenta est. Senes vero ob ariditatem, vigilijs vexantur. Igitur omnia hæc argumento esse possunt, ad animi ignauiam inducendam, humiditatem præter naturam, secundas partes obtinere, frigiditatem vero priores. Proinde ut humiditas abundans, vel sola, longos, profundosque somnos, ita ariditas quoque sola, vigilias efficit. de quibus dispositionibus ab Hippocrate dictum est. Somnus aut vigilias, si alterutrum modum excessit, malum est. Quod si frigus cum humore vehementer intendatur, soporem, stuporemque constituit, sine hoc vero, memoriæ nocet, stultitiamque inducit. Quum itaque non solum in frigiditate, humiditateque, verum etiam in ariditate, & calore, non paruum, secundum magis & minus, sit discrimen, nihil mirum si multifariæ inueniantur causæ, quæ animales actiones lædere possint. Cæterum clarioris doctrinæ gratia, rationalis animæ actiones, principales, irrationalis vero, morales vocentur, sed has in præsentia silentio præterire decreuimus. nondum enim vel cordis, vel iecoris affectus, tractare proponimus. Igitur quemadmodum somnus, & vigilias, si modum excefferint, ille ob humiditatem, hæc vero ob temperantiam fit arida, ita & in his ipsis, & magis, & minus, tum in somnis, tum vigilijs, sequitur maiorem, aut minorem, vel humiditatem, vel siccitatem. Cuius bifariam (ut iam declaratum est) fiant huiusmodi intemperies, duplex quoque erit vtriusque dispositionis modus. vnus quidem in humidis, siccisque humoribus, alter vero in corporibus solidis, si aliquando in easdem intemperies solidæ partes atque molles inciderint. Præterea quæ iam dictæ temperies sint contrariæ, fit tamen ex ipsis mixtum quoddam temperamentum, ut in vigilantibus sopore, quum pituitosus biliosusque humor abundauerit. Ita in calidi frigidique contrarietate, eosdem quoque modos inuenire licet, tum simplicibus intemperantibus, tum ex ambabus compositis. Pituitatem enim si bilis misceatur, flauam dico, mixta fit ex calido frigidoque dispositio, Quod



si in solidis corporis partibus, mixtam ex contrarijs dispositionem fieri fateamur, tres ab ipsa prodibunt in vnaquaq; contrarietate intemperies. Igitur huiusmodi affectus omnes, capiti aduenite solent, sed inter se differunt, non solum mixtionis varietate, aut eo quod magis minusue intenduntur, tum in simplicibus, tum mixtis dispositionibus, verum etiam quod ventriculi cerebri, interdum afficiuntur huiusmodi intemperantijs, interdum vniuersa eius vasa, aut humiditas quæ per corpus cerebri dispersa est. Accedit ad hæc quartus quoque modus, quum videlicet ipsummet corpus cerebri intemperatum redditur.

De stultitia, sopore, lethargo, phrenitide, & mania.

Cap. V.



Quorū itaque vel memoria, vel intellectus perijt, somnos obseruare oportet (quippe intellectus amissio stultitia est) vtrum vehementer, an modice somnolenti sint, aut omnino non somnolenti, sed quantum ad somnum pertinet, secundum naturam sese habeant. Sic enim vincentem inuenies intemperiem. Preterea considerandum est, vtrum excernant quippiam vel ex naribus, vel ab ore, quod a capite defluat, an aridem huiusmodi partes sint. quippe ex ijs dispositionem ipsam, coniectura consequi poterimus. Quæ admodum in destillatione & grauedine vsu venit. siquidem in ijs, & qualitas, & quantitas excrementorum, atque causarum quæ precesserunt contemplatio, capitis dispositionem declarat, siue calida fuerit, vt in vsione, siue frigida, vt in refrigeratione. Nisi enim omnia hæc discrete cognoueris, idoneam dispositioni curationem haud quam inuenies. Cū igitur vel perijt, vel grauiter læsa est memoria, frigida omnino intemperies est. quocirca calefacere ipsam oportet, at vero exiccare, aut humectare, non necessarium est, sed si humiditati copuletur, arefacere, si ariditati, madefacere. Cæterum si inter has mediū obtinet, ipsum conseruare oportet. Equidem noui quædam, qui ob laborem in studijs, atque vigilias, memoriam pene amiserat, læsa etiã ratione. Item agricolam, qui ob labores quos vites colendo subierat ac tenuem victum, eodem modo affectus est. atque ij exiccantibus, calorificisque lædebantur, madefacientia vero, quæ calefaciendi quoque vim haberent, haud mediocri ipsis erant præsidio. Interdum vero, vbi principales actiones læsæ sunt, febris quoque accedit, vt in phrenitide, & lethargo. interdum sine febre vitium est, vt in mania, & melancholia, id quod modo per consensum, modo primaria affectioe cerebro laborante accidit. Quum igitur proprijs accidentibus, exacte discernuntur huiusmodi vitia, & perpetua sunt, neque alijs precedētibus superuenerunt, primogenia affectioe, quum vero proprijs accidentibus discerni non possunt, neque perpetuo permanent, atque ad alias affectiones consequuntur, per consensum ipsa constare dicimus. Neque latere nos debet, vbi per consensum quis afficitur, fiatque adhuc affectio, quæ deletis efficiētibus ipsam causis, ipsa quoque simul deletur. Si vero consentientes partes, permanentem iam habeant dispositionem, quis quiescat causa efficiens, ipsa tamen permanebit affectio. Igitur quæ in cerebro consistant omnes principalium animæ virium affectus, in confesso

Stultitia.

Destillatio  
Grauedo.

Amissa me  
moriam.

Lethargus  
Phrenitis.  
Mania.  
Melancholia.  
Primogenia  
affectus  
Affectus p  
consensum.

habent omnes medici, nisi quis vni fortasse sectæ addictus, aliter in animo sentiat, aliter depromat ex ore. At qualis sit intemperies, non sine negotio inuenitur. ea enim res laboriosum medicum, qui inquirendo non fatigetur, desiderat. non quidem quo pacto veteres reprehendat, qui de principe animæ vi, & vere & clare scripserunt, adeo ut priuatis quoque persuasum sit, ipsam in cerebro consistere. Sed philosophis fortasse, utpote in ocio degentibus, facilius pro hoc errore quis veniam dederit. Medicis vero, qui iam in operibus ad senectutem usque versati sunt, quum de hac re cõtedunt, tantum abest ut ignoscamus, ut etiam ignominia dignos esse censeamus, quippe qui vigilatibus, delirantibus, phreniticis, lethargicis, caput irrigare consueuerunt. Nam & Archigenes quoque, ubi vitata memoria medicanda est, aut stultum medicari aggreditur, capiti remedia adhibet. Quis vnquam exercitatus medicus apoplexiam, morbum comitalem, opisthotonon, emprosthotonon, neruorum distentionem, aliter curauit? quis denique mediam partem corporis resolutam? Nunquid vero ubi nerui conuulsione afficiuntur omnes medici, vel experimenta etiam professi, summam curationis esse censent, primis vertebris remedia adhibere? quemadmodum ubi media quoque vniuersi corporis pars resoluta est. Porro cerebrum quoque calfaciunt, quemadmodum apopleticos quoque curare consueuerunt. Sic etiam per morbum comitalem, quum enim vel a stomacho, vel ab alia quapiam parte affectio procedit, eam maxime & in primis curare precipiunt. Cerebrum vero ita preparant, ut non ita facile afficiatur. Hec itaque potissimum inquirenda sunt, non principalis animæ vis, quam nemo, nisi peruersa fuerit mente, non apertissime cognoscit. Neque neruorum originem, diuinantium more, a dijs petere, sed ab experto dissecatore discere oportet. Sunt enim nonnulli qui sibi iam persuaserunt, neruos a corde oriri, eo quod nequeunt inter syndesmum, neruorumque discernere, accedente etiam ononyma, quippe copulæ a multis medicorum colligates nerui appellantur. Verum nulla vexabimur nominis inuidia, si modo non syndesmos ipsos, sed voluntarios (ut ipsi aiunt) neruos intellegant, quos scilicet a cerebro initium accipere dicimus. Neque enim illi, aut conuulsionem, aut paralyin, ad syndesmos referunt, sed eorum neruorum qui voluntatis imperio obediunt, affectionem esse dicunt. Conuulso enim vniuerso corpore, omnes quidem autumant affici talem quampiam partem, quæ ut in arbore caudex ramorum, sic ipsa sit omnium neruorum communis origo, idque veluti caudex, non paucorum in vna parte, quemadmodum ramus, ut si vel crus, vel altera manus forte fortuna conuellatur, totius membri conuulsio, neruorum qui ad ipsum proueniunt, originem affectam fuisse declarat, rami cuiuspiam exemplo in arbore. Quod si vniuersum corpus afficiatur, communem originem omnium infra faciem neruorum, quæ arboris caudici proportionem respondet, affectam esse putandum est. Hec origo ad primas spinalis medullæ partes refertur. Proinde exercitatisimi quoque medici, huic remedia adaptant. cordis vero, an originis rationem in hac affectione habeat, nullam omnino mentionem fecerunt. Si vero simul cum vniuerso corpore facies quoque conuulsa videatur, non solum eam partem quæ ex spina procedit, verum etiam cerebrum ipsum cu-

Neruorum  
origo.  
Syndesm<sup>9</sup>  
Neruus.  
Copula

Conuulsio.

ramus. etenim labra quoque sæpenumero conuulsa videmus, ite oculos, frontis cutem, totam mandibulam, similiter & linguæ radicem. At quia omnes iam dictas partes, a musculis ex cerebro nervos suscipientibus, moueri ex anatomice didicimus, cerebrum, ipsis sic laborantibus, credimus esse affectum. ubi vero ipsis illæsis, cæteras partes conuelli viderimus, spinæ initiū affectum esse fatemur. Hæc igitur sunt quæ proptere discere, mox ipsorum dispositiones considerare oportet. Sed sunt nonnulli medici, qui dispositiones ipsas ne aggrediuntur quidem sed certant super rebus manifeste apparentibus, iacturamque temporis, quod non consumere oportet respondendo ijs qui recta medicorum decreta euertunt, sed inueniendo potius ea, quæ illi silentio præterierunt. Et vel haud quæ res ipsas definierunt, aut eas sine demonstratione, aut sine idonea definitione, aut non satis abunde explicauerunt. Quemadmodum Hippocrates, ubi neruorum conuulsionem, vel ob plenitudinem, vel vacuitatem fieri dicit. Etenim verus est sermo eius, quibus vero rationibus fulciatur, ut fides ei adhibenda sit, non popularibus, sed doctis duntaxat viris, & qui diligenter prima medicinæ rudimenta didicerunt, notum est. Hæc igitur quum didicissem, facile mihi persuasi, conuulsionem fieri ob eas causas, quæ ab Hippocrate dictæ sunt. quippe si omnis motus qui a voluntate procedit, attractis musculis in eas quibus innascuntur partes, fieri videtur. Neque possit fieri attractio, nisi ad suam originem retrahatur musculus. Constat conuulsionem in conuulsis partibus factam, hac sola ratione a motu naturali differre, quod præter voluntatem fit. Itaque quemadmodum in eo, qui secundum naturam habet, voluntas in cerebro iuxta neruorum originem ordinata, motionis principium, primis dat neruis, ac per ipsos, musculis. Ita si sine huiusmodi principio, inuenerimus, quæ causa nervos conuellere possit, modum quo conuulsio fiat, nos iam scire, non temere profitebimur. Etenim si videris aliquando neruosa corpora, ut lyrae chordas, ob ambientis aeris immodicam intemperiem, adeo vehementer, ut rumpantur, intentas, haud difficulter intelleges, idem in animantium quoque neruis posse contingere. Sed quomodo affecto aere tenduntur chordæ, ut rumpantur, si vel nimis aridus, vel admodum humidus sit? Nempe humor madefacit ipsas, ut in tumorem præter naturam attollantur, qui mox eas extendit. Ac veluti sol tergora arefaciens contrahit, ita siccitas, chordas, & trahit, & extendit. Sic lora quoque, quum ad ignem exiccantur, contrahi tendique videntur. His ita præcognitis, haud difficile inuentu fuerit, utrum ab ariditate, quæ est humidæ essentiae defectus, & vacuatione, an ab humoris plenitudine, quæ egestati aduersatur, & ab Hippocrate repletio nominata est, affectus ipse prodierit. quippe quum conuulsio fit, vel a labore, vel vigilijs, vel fame, vel sollicitudine, vel arida æstuanteque febris, qualem in phreniticis videre est, causam eius esse ariditatem, vacuationemque recte putaueris. Si vero temulento cuiuspiam, ac omnino pleno homini, qui videlicet in ocio degit, id euenire conspexeris, non ab re a contraria causa conuulsionem ortum habuisse iudicabis. Atque

Hippocrates.

Morbus comitialis.  
Epilepsia.

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

tua, vt in emprosthotono, & opisthotono, atq; tetano (id est neruorum rigore) videre est, sed quæ ex temporū accidit interuallis, neq; solū hac re, sed mētis quoq; ac sensuum oblaesione, a iam dictis conuulsionū generibus differt. vnde constat in supremis corporis partibus, cerebro videlicet, hunc affectum cōsistere. Ceterum velox eius discussio, crassum humorē, spiritus meatum in cerebri ventriculis, obstruentem, hūc maxime affectum peperisse declarat, neruorum principio seipsum quatiente, quo excutiat id quod noxiū est. Ac fortassis per morbum comitialē conuulsio haud absimilis est his quæ a spinali medulla incipiunt conuulsionibus, singulorum neruorum irrigatis processibus. Verū non ab ariditate, vacuationeq; sed a crasso semper humore, hanc affectionem induci, argumēto est, quod & subito fit, & soluitur cōfestim, nam subitariam meatuum obstructionē a crasso viscosoq; humore fieri constat. Etenim breuī tempore fieri nō potest, vt vel cerebrū, vel tenuior ipsius membrana, ad tantam perueniat ariditatē, vt corio simile quipiam pati videatur. Accedit ad hęc, vt is qui sic laborat, neq; videat, neq; audiat, neq; vllō sensu quicq; percipiat, ac ne consequi quidē possit, quid factū sit. Siquidem cū memoriæ viribus, ratio quoq; læditur. Ex his igitur omnibus plane constat, in cerebro hanc affectionem consistere, impediēte humore animalē spiritum, qui in vētriculis eius continetur, quo minus possit exire. Porro quāobrem hic spiritus vocetur animalis, aut quæsit eius potētia, in eo cōmētario, quem de Hippocratis, Platonisq; placitis scripsimus, iam demonstratū est. Sane quū ea, quæ per dissectiones apparere solent, accurate consideraremus, rationi consonum videbatur, animam in cerebri corpore sedem obtinere, atq; in ipso, & rationis vim, & sensibilibus imaginum memoriā residere, ac primum ipsius instrumentum, tum in sensilibus actiōibus omnibus, tum in his quæ a consilio & voluntate prodeunt, spiritū esse, qui in ipsius ventriculis, maximeq; postremo, continetur, quū non contemnendus sit mediū ventriculus, perinde quasi non valentissimus sit. multis enim rationibus inducimur, vt hūc amplectamur, duos vero anteriores deseramus. Verū exacta horū notitia, ad curationis inuentionē nihil fere conducit. Nam satis fuerit ad probe curandū, nosse sedem affectā esse cerebrū, atq; in eius vētriculis humorem crassum & viscidum cōprehendī. ¶ Igitur quæadmodum ea, quorum gratia, & affectas sedes, & earū dispositiones inquirimus, sic crassorū quoq; humorum differētia, vtrū videlicet pituitæ, atræ bilis naturam habeant, haud mediocriter ad curationē conferre videtur. Si tamē in præsentia non obliuiscamur, quod quū simpliciter dicimus, Pituitosos quidē eos nominari, in quibus humiditas frigiditasq;, Melancholicos vero in quibus siccitas atq; frigiditas, dominantur, quāuis magnæ, peculiareq; interim differentia, tum pituitæ, tum atræ bilis inueniantur. Pituitæ quidē, vnū genus est, quod quotidie vel screando, vel vomēdo, vel emūgendo educitur, vaporoso scilicet spiritu plenū, vt ne sensum quidem lateat, ipsum esse dissimulare. Alia vero pituita, similis quidem videtur, licet fortasse non sit similis, qualis est crudus humor qui in vrinis substatur, a Præ-

Spirit<sup>9</sup> animalis.

Animæ sedes.

Pituita.  
Atra bilis.

Pituitæ differentia.

xagora vitreus appellatus. Atque ex hoc genere esse videtur saliva, quæ neque fluida admodum est, neque aquosa. Verum saliva non vnica duntaxat qualitate gustum afficit, nedum vniuersa pituita. Sæpenumero enim & acrem, & acidam, & balsam in ore salivam, manifeste deprehendimus, veluti cum sani degimus, nulla qualitate infecta, sed perinde quasi aquosa, saliva gustui offertur. Sic atra bilis quoque ob substantiæ varietatem non obscuras habet differentias. Nam alia est veluti fex sanguinis, quæ admodum spissa est, fecibus vini haud ablimilis. Alia vero, quæ superior, essentiæ est multo tenuioris, atque vomitibus eam, & olfacientibus, acida videtur, quæ etiã terram radit, attollit, & fermentat, atque ampullas quales feruentibus iusculis supernatare videmus, excitat. Sed ea quæ crasse feci simile esse dixi, in terram effusa, non inducit feruorem, nisi forte in ardente febrili, ipsam preassari contingat, neque vlla etiã acida qualitate participat, quandoquidẽ & ipsam noiare consueui melancholicum succum, aut melancholicum sanguinem. Hæc enim, meo quidẽ iudicio, non recte atra bilis appellari potest. Prouenit autem huiusmodi humor in quibusdam plurimus, vel a tempore ab initio comparata, vel a cibis, qui (quum in venis concoquuntur) in huiusmodi humore transmutari solent. Igitur ut crassus pituitæ succus, ita hic quoque, comitiales morbum solet efficere, ubi in meatibus ventriculorum cerebri retinetur, siue is medius sit, siue postremus. Vbi vero in ipso cerebri corpore abundat, eam insaniam speciem, quam Græci melancholiam vocant, efficit. Quemadmodum alter atra bilis succus, qui preassata flaua bile nascitur, ferina deliramenta inducit, modo sine febre, modo cum febre in cerebri corpore abundans. Atque hanc ob causam phrenitis nonnunquam mitior est, quum videlicet a pallida bile ortum contraxit, interdum vehementior, quum flaua bilis eam peperit, atque insuper alia nonnunquam dementia occurrit ferina & melancholica, flaua bile preassata. Deliria autem, quæ per februm vigores accidunt, non propria cerebri affectione, sed per consensum fiunt. proinde eos delirare & desipere, non solum medici, sed priuati quoque dicere consueuerunt. Verum ita affectos non nominant phreniticos, eo quod phreniticorum insaniam, non quiescit, mitigato februm vigore. Igitur quemadmodum phreniticis, febris, vnum quoddam accidens dispositionum cerebri censetur. sic e conuerso in ardentium februm dementia, multis elatis ad ipsum vaporibus. Haud secus fit ea affectio quæ suffusioni in accidentibus similatur, a ventriculi dispositionibus ortum trahens. Namque cerebrum ventriculo, & ventriculus cerebro, suas affectiones transmittit, idque propter neruorum a cerebro ad os ventriculi descendentium magnitudinem, per quos etiam sensus huic particule, quam vlli reliquarum corporis partium, acutior est. Quocirca capitis fracturas, quum ad membranas usque perueniunt, biliosus vomitus, ac interdum dolores capitis, quomodocumque fiant, nausea, stomachique morsio comitatur. Hypochondriacas vero & flatuosas vocatas affectiones, melancholica tristitia sequitur, haud secus quam acutam febrem dementia, & quibusdam oris ventriculi dispositiones, ea quæ in accidentibus suffusioni similatur affectio. Sic neruosis partibus inflammatis, promptius quam reliquis, delirium superueniente solet,

Vitreus humor.  
Saliva.

Atra bilis differentia.

Morbus comitialis ab atra bile.  
Melancholia.

Phrenitis.

Paraphrosyne.

Suffusio.

Capitis fractura.

Hypochondriaca.

idq; ascendente ad caput interdum per continuas partes, solo calore, interdum vero spiritu vaporoso, vel fumoso, aut fuliginoso.

De melancholia

Cap. VI.

Melancholia.



Porro quemadmodum hę passiones, quibus caput per consensum afficitur, ita illę quoq; quę primigenię ipsius affectiones sunt, nō parum inter se differunt. Igitur crassi humores, qui in cerebri substantia abundant, interdū ei vt instrumentali, interdū vt similari parti nocent. Quum enim meatus obstruuntur, vt instrumentali, quū vero temperamē

Hippocrates.

tum alteratur, vt similari. Proinde totus hic sermo in fine sexti libri de vulgaribus morbis præscriptus est. Melancholici magna ex parte comitiali morbo afficiuntur, & contra, morbo comitiali laborantes, efficiuntur melancholici. Atq; horū vtrūlibet magis accidit, prout vel in hanc, vel in illam partem, infirmitas repit. si enim in corpus, epileptici, si vero in mentē, melancholici redduntur. Hoc sermone primum quidem declarauit, qđ nō semper, sed magna ex parte horum affectuum alter in alterum transit. Quippe non solum atra bilis, verum etiam pituita morbum comitiale committit. Igitur ea quam atra bilis constituit, in melancholiam transit, quę vero a pituita parta est, in aliam affectionem, de qua paulo post dicturus sum, permutatur, melancholiam vero haudquaquam efficit. Altera vero Hippocratici sermonis pars, non paruum contemplandi locum desiderat, quippe quum anima sit aut temperamentum actiuarum qualitatum, aut ab ipsarum temperamento permutetur. Bilem, quū cerebro veluti parti instrumentali nocet, ad cerebri corpus conuertit aī, id quod in obstructionibus fieri constat. Quum vero temperamentū mutando, ei vt similari nocet, ad mentē eam repere dicit.

Anima.

¶ Verum hoc quod medici dereliquerunt, definire in primis, necessarium esse videtur. Nempe vt in manifestis corporis partibus, interdū omnibus, eadē apparet temperies, vt in morbo regio, & elephante sic vocato, & aqua inter cutem, & malo habitu, quę a Græcis cacexia dicitur. Insuper in his quę ab hepate, atq; splene pendēt, colorum vitijs. Interdum vero vnius duntaxat partis, quę videlicet aut biliosum aut pituitosum humorem suscipit, temperies permutatur. Ita etiam cerebro accidit, vt nonnunquam vniuerso in venis sanguine melancholico effecto, ob commune vitium, ipsum quoq; lædatur. Nonnunquam vero, reliqui corporis sanguine prorsus innocuo, solus is qui in cerebro contētus est, alteratur. idq; bifariam fit. Aut enim aliunde in ipsum deriuatur, aut in ipsomet melancholicus humor genitus est, quum videlicet internus calor aut flauam bilem, aut crassum atrumq; sanguinem, superassauit. Atq; hæc doctrina non paruum habet in curatione momentū. siquidem vbi vniuersum corpus sanguinem melancholicum continet, curationem a venę sectione incipere oportet. Vbi vero solum cerebrum, infirmus (quod ad hanc dispositionem attinet) sanguinis detractio non indiget, quamuis ob aliam quampiam causam, sanguis mitti possit. Vtrum vero melancholicus sanguis vniuersum corpus, an solum cerebrum occupet,

Morbus regius.  
Elephas.  
Aqua inter cutem.  
Cacexia.  
Coloris vitium.

Sanguinis missio in melancholia.

Melancholici sanguinis nota.

ita discernendum est. In primis vniuersi corporis habitū, qualis sit, cōsideres velim. meminerisq; quod molles, & candidi, & obesi, nequaquam humorem habent melancholicū. Macri vero, & nigri, & hirsuti, & quibus latae sunt venae, aptissimi sunt, vt huiusmodi in ipsis humor cumuletur. fitq; interdū vt rufo colore homines, affatim in melancholicā temperiem decidant. atq; post hos flauī, idq; maxime, quando & vigilijs, & multis laboribus, & solitudine, & tenui victu fuerint educati. Quibus hęc quoq; notæ conueniūt, an hemorrhōis aliqua restricta sit, aut alia quæpiam cōsuetā sanguinis vacuatio, aut mulierū menstrua. Insuper quibus cibis quis fuerit vsus, vtrum ijs qui suapte natura melancholicum sanguinem pariunt, an e diuerso. Porro qui melācholicum sanguinem efficiunt, hī fere sunt, caprina, bubulaq; caro, magisq; hircinē & taurinē, sed maxime asinorum, chamelorumq; carnes, nā & his nōnulli vescuntur, itē vulpinæ, caninæq; carnes. atq; magnā in huiusmodi sanguinis generatione vim obtinet, ex lepore cibus, sed multo magis ex apris. ac limaces quoq; melancholicū sanguinē pariunt, si frequens sit eorū vsus, præterea omnes terrenorū animalium carnes sale conditę, aquatiliū quoq; carnes, vt thunnī, balenę, vituli marini, delphinī, canis, atq; cetaceorum omniū. Ex oleribus autē, brassica fere sola, huiusmodi sanguinē gignere cōsuevit, quēadmodū & arborū germina, vbi vel muria, vel oxyhalme cōdiuntur, præcipue lentisci, terebinthi, rubi, canirubi. Leguminū vero omniū maxime lentes, inter melancholicos cibos numerantur, mox panis furfuraceus, & qui ex tīpha, atq; vitiatīs seminibus factus est, quorū apud quasdam nationes vsus, loco frumenti habetur. Verū de ijs in primo libro de ciborū facultatibus iā dictū est. Præterea vīna crassa, nigraq; aptissima sunt, vt ex ipsis melancholicus humor fiat, præsertim si quis abūde ipsa ingerēs, oblata occasiōe in multo corpus calore cōtineat. Vetus deniq; caseus, vbi forte fortuna in corpore fuerit supercalefactus, facile huiuscemodī parit humorē. Igitur si quis antea quā in morbū inciderit, huiusmodi victus ratione fuerit educatus, maiorem quandā inde licet facere coniecturā. Si vero boni succi cibis vsus fuerit, considerare oportet, exercitiationes ipsius, moestitiā, vigiliās, solitudines. Sunt etiā nonnulli qui per febriles (vt dictum est) morbos, melācholicum humorē contraxerunt. atq; ad efficaciorē notitiam, non parū confert, anni tempus, ac præterita, præsensq; constitutio, item terra, ac laborantis ætas. His itaq; omnibus præmeditatis, quum speraueris in vniuersi corporis venis melancholicum sanguinē contineri, quo certiore habeas notitiam cubiti venā seca, præcipueq; mediā, quæ cōmunis est, & ei quæ humeralis nominatur. & ei quæ per axillam ad manū fertur. Quod si tum fluēs sanguis non videatur melancholicus, statim supprimatur. Si vero talis appareat, vacua quantū pro laborantis corporis habitu satis esse conieceris. ¶ Est præterea tertium melancholiæ genus, morbi comitalis exemplo, quū ortū a ventriculo habuerit. Solentq; medicorum aliqui, hanc dispositionem, hypochondriacū, flatuosumq; morbū nominare. Verū satis mihi fuerit, ea accidētia percurrere, quæ a Diocle perscripta sunt, in libro cui titulus est, affe-

Cibi melan-  
cholíci.

*Act. 6. Ven. Cum  
bi unum terrial.  
Cum unum bal  
antium*

Vena me-  
dia.

Diocles

ctio, causa, curatio, in quo Diocles ad verbū ita scripsit. Porro alius oritur a vētriculo morbus, qui supra propositis non dissimilis est, nominaturq; ab alijs melācholicus, ab alijs flatuosus, quem sumpto cibo, maxime coctu difficili, & caustico, sputum humidū, idemq; multū comitatur. item ructus acidus, flatus, æstus, in præcordijs fluctuatio non ilico. sed quum retinuerint, interdum vētriculī quoq; vehementes dolores, qui nōnullis ad dorsum vsq; procedunt, concoctis deinde cibis quiescūt, mox alijs ingestis, eadē rursus reuertūtur accidentia, quæ interdum ieiunos, interdū etiā a cœna molestant, atq; euomunt crudos cibos, & pituitā, vel subamarā, vel calidam, vel acidā. adeo vt nonnunq; dentes torpedine afficiantur. Atq; horū plurima ab ineunte statim ætate eueniunt. Vtcunq; tamen acciderint, omnibus protelantur. His præscriptis. Diocles mox causam subiungens, ita scribit. Cæterum flatuosas vocatas, suspicandum est, plus caloris quam decet, habere in his venis, quæ alimentum a vētriculo excipiunt, sanguinemq; in ipsis crassiores factū. q̄ppe cōstat has venas esse obstructas, vel hoc argumēto, quod alimentū corpori non distribuitur, sed in vētriculo manet, quod antea in sanguinē mutari solitū erat, quum a meatibus ipsis susciperetur, magnaq; ipsius pars, in imum ventrē excerneretur, ac postero quoq; die, vomitu reijceretur, vt pote nō digestis per corpus cibis. Sed q̄ calor id quod secundum naturā est excedat, facillime intelleges, tum ab æstu, qui ipsis accidit, tū ab his quæ ingeruntur, siquidē iuari videntur a refrigerantibus cibis, qui videlicet calorem refrigerare, extinguereq; solent. Deinde alia quoq; Diocles iam propositis in hoc sermone addidit. Aiunt autem nonnulli, os ventriculī quod intestinis continuatur, in huiusmodi passionibus inflammarī, ac ob inflammationem ipsam & obstrui & prohibere, ne alimenta statuto tempore ad intestinum descendant, quamobrem diutius quā decet, in ventriculo manentia, & tumores & æstus, atq; reliqua quæ prædicta sunt efficiūt. Hęc sunt quæ Diocles quidē literis prodidit, verum inter enumerandum præcipua totius concursus accidētia, silentio præterijt, quæ videlicet & melancholiam, & flatuosam, hypochondriacamq; affectionem, tanq̄ caractere quodā designāt, atqui omisit (vt puto) huiusmodi accidētia, eo q̄ ex morbi ipsius nomine manifeste declarantur. Etenim ab Hippocrate didicimus. Si metus & moestitia longo tēpore tenent, melācholicus est huiusmodi affectus. Verū haud absurda quæstio est, quare Diocles quum causas magnorū accidentium redderet, quam ob causam mens latur, nō scripsit: siue enim venarū, quæ vētriculo cōtiguæ sunt, calor exuperat, siue partes quæ iuxta portā sunt (Græci pyloron vocant) inflammatione laborant, quid causæ sit, cur melancholica comitentur accidentia, derelictum est. Etenim quod venter flatuoso spiritu impleatur, ac deinde eructādo ipsum leuetur, ac præter ea quæ dicta sunt vomitione quoq; iuuetur, vel nihil dicēte Diocle, manifestum est. Sane propria melancholiæ accidentia, simul cum dicta ventriculī dispositiōe scribere, haud ita facile ei videbatur. Id itaq; addere, ac simul qualis sit i huiusmodi affectibus, ventriculī dispositio, manifesta interpretatione enarrare

Hi pocr a:  
tes.



aggrediamur. Atque videtur quidem in ipso inflammatio esse. Sanguis autem in parte inflammata contentus, & crassior, & atræ bilis magis conformis. Itaque quemadmodum elata ex ventriculo, ad oculos, fulginosa quadam, aut fumosa dispositione, aut crassis quoque vaporibus, similia ut in suffusione accidentia contingunt, eadem ratione sublata ad cerebrum ab atra bile euaporatione. melancholica euenient in mente accidentia. Etenim quæ frequentissime videmus, flaua in ventriculo bile contenta, caput dolore affici, mox ea per vomitum eiecta, ilico dolor mitigatur. Atque huiusmodi dolorum genera, mordendo, exedendoque infestant, quemadmodum alia grauitate, alia tensione, alia sopore molestare videntur. Atque inter optimos medicos conuenit, non solum hæc accidentia, verum etiam morbum comitalem, capiti a ventriculo procedere. Igitur ut melancholicos, timor nunquam deserit, ita præter naturam eis visa, non semper eodem genere continentur. ¶ Siquidem alius testam se factum putauit, atque idcirco obuiantibus cedebat, ne collideretur. ¶ Alter gallos cantare audiens, ut hi alarum, sic ille brachiorum plausu latera quatiens, animantium sonum imitatus est. ¶ Fuit item alter timens ne Atlas, qui mundum sustinere dicitur, grauatus sub tanto onere, ipsum a se excuteret, atque ipse cum illo collideretur, ac nos quoque cum ipso periremus. ¶ Sunt alia huiusmodi infinita eorum visa. differunt autem inter se melancholici. Nam omnes timent, moerent, vitam damnant, odio habent homines, sed non omnes mori cupiunt, Etenim hoc ipsum nonnullis melancholice caput est, quod mortem pertimescunt. Quosdam etiam alieno admodum, atque extraneo videbis animo, utpote qui simul & mortem metuant, & tamen mortem sibi consciscant. Proinde recte videtur Hippocrates omnia ipsorum accidentia in duo hæc coegisse, metum & moestitiam. Moestitia nimirum eos inducit, ut odio prosequatur omnes quotquot viderint, nunquam non tristitiam præ se ferentes, ac terrentur, ut in tenebris pueri, atque ex adultis indocti. Sane quemadmodum externæ tenebræ omnibus fere hominibus pauorem inducunt, nisi vel audaces admodum vel edocti fuerint, sic atræ bilis color, mentis sedem tenebris similem reddens, timorem efficit. Etenim summis tum medicis tum philosophis, in confesso est, & humores, & omnino corporis temperantiam, animæ actiones variare posse. id quod nos quoque unico commentario docuimus, quo demonstratum est, quod animæ potentiam, corporis temperantiam sequuntur. Quocirca humorum vim ignorantes, in quorum numero & Erasistratus est, ne scribere quidem de melancholia quicumque ausi sunt. Neque indignum est admirari, tum communes hominum sententias, tum plurima quoque dogmata, quæ & philosophi, & medici, per ignorantiam præterierunt. Igitur ab omnibus, affectus ipse melancholia vocatur, indicante nomine humorum qui ipsius causa est, quumque circa ventriculum prima inceperint accidentia, ipsi quoque auctis melancholica sequatur affectio, deinde alui deiectione, & vomitu, & proba concoctione, ructibusque leuetur is qui laborat, hypochondriacum, flatuosumque morbum, ipsum nominabimus. Accidentia vero ipsius dicemus, & moestitiam, & metum. Quum autem propria melancholice accidentia, auctiora vis-

Melancholicorum variorum imaginum.

Hippocrates

Erasistratus

dentur, circa vētriculum vero, aut nulla, aut parua admodum sunt, haud ab re existimaueris primitiuam in cerebro affectionem cōsistere, ob atram bilē in ipso congestam. Cæterum quibus signis discernatur, vtrum in solo cerebro, an in vniuerso corpore huiuscemodī humor contineatur, paulo ante dictum est. Interim monendi sunt mihi amici, qui me curantem viderunt, frequentibus balneis, victuq; humido, boniq; succi, nullo alio adhibito præsidio, huiusmodi me morbum curasse. vbi nondū ob longum temporis tractum, nocuus humor multum vacuationi resisteret, quum enim diuturnus iam factus est morbus, fortiora prædictis oportet adhibere remedia. fit autem huiusmodi melancholię species, affecto prius calidis dispositionibus cerebro, aut æstuatione, aut inflammatione, aut phrenitide quoq; ipsum afficiente, interdum a sollicitudine, mœstitia, vigilijs. verum satis fuerit hæc de melancholia dixisse.

¶ De morbo comitiali.

Caput. VII.

Morbus comitialis



Atque de morbo comitiali deinceps dicendum est, quoniam de hic quoque interdum ipsomet affecto, interdum alijs consentiente cerebro, euenire solet. vt enim tria melancholię genera, ita hunc quoque morbum, tribus contentum differentijs, oēs fere medici definire neglexerunt. Verum oibus commune est, quod cerebrum afficitur, vel consistente in ipso affectu, id quod pluribus epilepticis accidit, aut a ventriculi ore (quod stomachum vocare solent medici) ad cerebrum per consensum ascendente. Atque hoc genus proportionem respondet accidentibus quæ oculis a stomacho adueniunt, veluti in suffusionibus. Fit etiam, sed raro, tertium morbi comitialis species. Nec refert siue genus, siue differentiam nominaueris, cum a parte aliqua cui id forte fortuna accidit incipit affectus, qui deinde sentiente ægro ad cerebrum usque ascendit. Hoc genus primum vidi in puero, qui tertiumdecimum ætatis annum agebat, quum equidem adolescens etiam, cum optimis eius tempestatis medicis conuenissem, ad idoneam ipsius curationem inueniendam, audiui tum narrante puero, dispositionem ipsam a crure intium capere, mox illinc recta ascendere per femur, & imminentes illi lumbos, ac per latera ad ceruicem, donec ad caput perueniret, quod quum primum tangeret, ipsum haudquaquam sibi constare. Interrogantibus autem medicis, quale esset id quod ferebat ad caput, nihil habuit puer quod responderet. Alius deinde adolescens compos mentis (quippe qui satis poterat, & sentire quod fiebat, & alteri enarrare) dicebat veluti frigidam quandam auram esse, id quod ascendebat. Vnde ex duobus alterum Pelopi præceptor placuit, aut quod qualitas quedam, alteratis per continuationem partibus, aut spiritalis quedam substantia transmitteretur, neque mirandum esse dicebat, tam validam vim esse humori, qui in affecta parte præter naturam genitus fuisset, vt perniciosarum ferarum venenis possit comparari. Quis enim crederet vel scorpionum, vel phalangiorum ictibus, totum corpus ac tam vehementi mutatione affici? nisi sæpenumero id accidere videret, præsertim minimam quandam rem feris in ipsum demittentibus.

Pelops præceptor

tentibus. Quū itaq; phalangiū aliquem momordit, quū parū sit aīal, exi- Phalangīū.  
stimare tamen debemus, venenum ex ipsius ore in ictum corpus descendit-  
se. Porro marīne turturis, quemadmodum & terreni scorpionis aculeus, in Turtur  
partem extremā acutissimam illam quidē finitur, vbi nullum foramen est,  
per quod venenum deici possit, necesse tamen est, vt excogitemus, substan-  
tiam quandam esse, aut spiritalē, aut fluidam, quæ vt mole minima, ita fa-  
cultate quāmaxima est. Etenim quū nuper ictus quidam esset a scorpione, Scorpio  
videor mihi videre (inquit) quod grandine percussus sim, qui omnino in-  
frigidatus est, sudore etiā frigido accedente, sed tandem debitīs adhibitis  
remedijs, nō sine negocio seruatus est. Itaq; Pelops, non impossibile est (in- Pelops  
quit) in corpore similem aliquam essentiam generari, non accedente causa  
extranea, quæ vbi neruosam aliquā partē occupauerit, per continuas par-  
tes, vsq; ad neruorum principium, vim suam transmittit, siue id per altera-  
tionē, vt ipse dicebat, fiat, siue spiritali essentia, veluti aura, ad ipsum elata.  
Sæpenumero enim infigēte aculeum scorpione, aut in neruum, aut venam,  
aut arteriā, manifeste videmus percussos, vehementissimis infestari acciden-  
tibus. Atqui scorpionis aculeus, totam cutem penetrādo, ad profundū vsq;  
potest peruenire. Phalangiorum vero paruorum ictus solam afficit superfi- Phalangīū.  
ciem. vnde constat, interdum a sola cute, veneni vim ad totum corpus defer-  
ri, quippe tota cutis & continua est, & neruosa. proinde haudquaquē impos-  
sibile est, quum ex icta parte, per totā ipsam celeriter distributa fuerit vene-  
ni vis, eam inde eodem rursus contactu, in singulas subiectarum ei partium  
recipi, mox ex illis in alias continuas, atq; iterum ex his, quæ afficiuntur, in  
alias, quumq; ad dominantium partium aliquam peruenerit, tum mortis pe-  
riculum homini instare. Ad hanc rem in primis conferunt vincula superio-  
ribus partibus iniecta, ab ijs enim presentaneum presidium expectatur, id  
quod in viperarum, scorpionūq; ictibus, item aspidū quoq;, quod propter Vipera  
Scorpio  
Aspis  
imminens subitarię mortis periculum, magis incredibile est, expertus sum.  
Etenim quū Alexandrię essem, rusticus quidam non longe ab vrbe, in vno  
manus digitorum ictus, eius radicem apud palmam validissimo vinculo li-  
gauit, accurrensq; in vrbe, ad familiarem sibi medicū, totū digitum ab ip-  
sa dispositione ad palmam vsq; abscindendum præbuit, sperans inde nihil  
se malū passurum. Neque frustratus est sua spe, quippe nichil aliud faciens,  
saluus euasit. ¶ Similiter alium noui, qui epoto ex viperis medicamento,  
recisso prius digito, a periculo liberatus est. ¶ Vidī præterea rusticum, cuius  
totum digitum vipera momorderat, qui falce quā tunc forte habebat (erat  
enim vinitor) ab ultimo articulo ictam partem resicans, deinde inducta in  
digito cicatrice, nullo sumpto medicamine, sanatus est. ¶ Sed puerū quo-  
que, cuius morbus comitialis a crure oriri cōsueuerat, medici qui tūc ad cu-  
rationem eius conuenerat, sanare sperabant, si in primis vacuato vniuerso  
corpore, medicamen ex tapfia, aut sinapi parti adhiberent. Ligato in medio Tapfia  
membro, supra eam videlicet partem, quæ primaria dispositione erat affecta,  
atq; hoc pacto, accessionē reuertī prohibuerunt. quāuis antea quotidie pue-

rum infestare consueuisset. Verum hæc obiter, atq; ex abundantia dicta sint, ne quis miretur, quo pacto, ab ignobili aliqua parte, tantus morbus ortum contrahere possit. Superest autem causam vestigare quamobrem in huiusmodi per consensum affectionibus, epilepticæ fiant conuulsiones. Nam ne Pelops quidem, ullam ad hanc rem attulit probabilem persuasionem. Neq; etiam alius quisquam, cum quo nobis aliqua fuerit consuetudo. Mihi vero per huiusmodi consensum, videnti aliquando laborantem, sine vehementi conuulsione concidere, simul quod per interualla, breuibus quibusdam motibus quateretur. Probabile visum est, quemadmodum frequētissime singultum fieri cernimus, affecto stomacho, ita hanc quoq; dispositionem euenire. Etenim me ipsum quoq; singultus ilico inuadere solet, si piperis aliquando immodicam quantitatem ingessero. Id quod alijs quibusdam non paucis, quibus scilicet facilis erat oris stomachi sensus, accidisse meminimus. Atqui iam supra memoratum est, id non solum medicis, verum etiam vniuersis hominibus stomachum appellari. Itaq; quum cecidissent, qui non ex propria cerebri affectione, sed per consensum comitali morbo laborabant, eos citra perpetuam conuulsionem veluti saliendo, per interualla concuti videbam. Proinde existimaui, similem aliquem cerebro motum euenire, qualis stomacho interdum, a re quapiam molestato accidere solet. quippe quum a ciborum mole grauatur, aut vbi corruptis cibis mordicus infestatur, tum singultu affici conspicitur. Atq; acrem quoq; humorem, non singultum modo, verum etiam conuulsionem per vniuersum corpus efficere sæpenumero consideramus. deinde vomitu eiecto eo, quod mordicabat, ilico quiescere. Quo min⁹ mirandum est, si neruorum principium, huiuscemodi motu concutiatur, vt a se expellat, quicquid fuerit id, quod a parte primo affecta ad ipsum efferatur. Ad hunc modum reliqua quoq; accidentia omnia, quibus nerui concutiuntur, fieri putauerim. vbi vero deperdito sensu, quis conciderit, non accidente motu, quo vel conuelli, vel salire videatur, id a vehementi frigore ortum trahere censeo, quo in genere lethargus quoq; continetur. Apoplexiæ autē, quod subito euenit, aut frigidum, aut crassum, aut viscidum quidpiā, quod principes cerebri ventriculos affatim implet, non totius essentia intemperiem, causam esse manifestum est. veluti etiam lethargi, phrenitidis, mania, melancholia, stultitia, amissa memoria, sensuum hebetationis, resoluti motus. In omnibus his affectibus, in quorum numero apoplexiæ quoq; continetur, periculi magnitudinem ex anhelitus nocumento conijcere oportet. Sane quemadmodum dormientes spirant, quibus nulla alia accedente actione, quæ a consilio prodeat, vtpote qui supini iacent in cubili, ita in soporosis affectibus omnibus, quanquam neq; sentiat corpus, neq; moueatur, tamen sola spiratio, quæ musculorum pectus mouentium munus est, saluatur. cuius rei firmam, ac demonstratiua lege stabilitam, habemus scientiam. quemadmodum quod musculis etiam omnibus, motus principium ab innatis ipsis neruis accedit. Atqui ex anatomice didicimus, neruos omnes a cerebro primarium sumere initium. Neq; simpliciter initium, sed primarium

Pelops

Singultus

Stomachus

Lethargus  
Apoplexiæ

dixi, id quod spinalis medullæ gratia, orationi adieci. Quamuis enim per multum ex ea nervi prodire videantur, vim tamen omnem quam habet, cerebrum ipsi suppetit. Quum itaque spirationem vehementer impeditam, difficulterque procedentem videris, non parvam in cerebro morbidam dispositionem esse, conijcere debes, idque in soporiferis morbis, quos nimirum omnes in cerebro fieri manifestum est.

¶ De vertiginosis.

Caput. VIII.



Affectus autem qui scotomaticus (id est vertiginosus) vocatus est, ex ipsa appellatione, qualis sit, manifestat. quippe a parva occasione hebetantur, hi qui sic laborant, adeo ut interdum cadant, maxime si aliquando in circumrotentur. siquidem ipsis ab vna rotatione euenit, id quod ceteris, a pluribus accidere solet. proinde hebescunt, siue alium quempiam, siue rotam, aut id genus aliud quidpiam, aut ipsos quoque in aquis vortices, circumagi viderint. Id vero maxime, quum vel sub sole æstuauerint, vel aliam ob causam calefacto fuerint capite. Nam quod alijs, quum in circo frequenter vertuntur, accidit, hoc ipsis citra circuitionem euenire videmus. Atqui ubi quis crebro vertitur, inæqualem, & turbulentum, & inordinatum motum, tum humorum, tum spiritus, in eo fieri in confesso est. Rationi igitur consonum est, huiusmodi accidentia, vertigine affectis, itidem euenire. Quamobrem nonnulli horum, ab arteriarum sectione præsidium petierunt, arterias pone aures ad tantam scilicet altitudinem secantes, ut medius inter duas partes locus cicatrice induceretur. Sed constat non omnes huius auxiliij beneficio fuisse curatos. Etenim alia arteria ijs maiores, ad cerebri sustentamentum, per retiformem vocatam membranam, ascendunt, per quas huiusmodi affectionem fieri rationi consentaneum est, elato per ipsas vaporoso, calidoque spiritu, atque implente cerebrum. Atque fieri etiam potest, ut inæqualis cerebri intemperies, huiusmodi spiritum producat. Igitur hanc affectionem ad cerebrum pertinere, ex ipso vertiginosorum sensu, manifestum est. Oritur vero interdum cerebro, primogenio affectu laborante, interdum vero, quum ori ventriculi consentit, id quod Archigenes quoque fatetur, qui libro primo de longarum affectionum notitia ita scribit. Porro ea bifariam oritur, aut enim in ipso capite, aut in his partibus quæ circa præcordia sunt. Mox genera eius distinguere aggreditur. Nam ubi ex primaria cerebri affectione, vertigo dependet, aurium sonos, & capitis dolorem, grauitatemque præcedere dicit. item olfactus, atque alterius cuiusque sensus inde prodeuntis, oblationem. eos sensus (ut equidem puto) significare volens, qui a capite initium sumunt. Vbi vero ab ore ventriculi oritur, cordis morsionem, nauseamque præsentiri. Verum, ut iam antea sæpenumero monuimus, licet caput per alterius partis consensum afficiatur, affectio tamen nihilo minus ipsi ascribenda est.

e. iij.

Cephalæa.



Cephalal-  
gia

Hemicra-  
nia

Tæ de ea quoque que cephalæa a medicis nominatur, ne-  
mo dubitauerit, quin cerebri sit morbus. Est enim (vt bre-  
uiter quis dixerit) affectus hic, dolor diuturnus, difficul-  
terq; solubilis, qui a parua occasione vehemētes habet ac-  
cessiones, vt neque strepitum, neque vocem, neque lumi-  
nis splendorem, neque motum tolerare possit infirmus,  
sed tranquillitatem, obscurumque cubiculum quærat, idq; ob doloris vehe-  
mentiam, quippe nonnulli veluti malleo, se percuti arbitrantur. alij caput  
frangi, distendique sentiunt. Non paucis ad oculorum quoque radices do-  
lor extenditur. Verum huiusmodi accessiones, veluti in morbo comitali, in-  
termiſsiones habent, interceditq; tēpus, quo perfecte liberati videntur. Igi-  
tur constat, quod sicut in hoc morbo, ita & in cephalalgia (id est capitis do-  
lore) caput facillime afficitur, atq; hoc est ipsis commune. verum per cepha-  
læam, affectę partes, multo redduntur, quam in cephalalgia, debiliores. Cę-  
terum inter capitis dolores, nonnihil discriminis inuenitur. nam sunt non-  
nulli, quibus caput aptissimum est, vt impleatur, ac vniuersi quoq; corporis  
habitus, ad ipsum implendum, admodum idoneus. Alij insuper omnes hu-  
iusmodi partes aptas habent, vt afficiantur. Quibus, vbi vitioso victu vtun-  
tur, accidit vt cephalæa arripiantur. Quo minus mirandum est, si horum  
alijs, membranę cerebrum continentes, dolore afficiantur, alijs pericraniū,  
id est exterior caluarię membrana. Discrimen autem ab oculorum radici-  
bus sumitur, considerando vtrum veniat ad eas malum, necne. siquidem cō-  
sentaneum est, vt quibus intra caluariam dispositio est, ijs ad oculorum vsq;  
fundamenta, dolor extendatur, eo quod & a cerebro, & ab vtraq; membra-  
na, atque a vasis quę in ipsis continentur, veluti germina quędam dedu-  
cuntur. ¶ Sed & eorum quibus mediā capitis pars dolore infestatur (solēt  
autem vocari hemícranici) alij extra caluariam, alij in capitis intimis par-  
tibus dolorem sentiunt. At vero dextram capitis partem, a sinistra distin-  
guit futura per longitudinem ipsius protracta, sub qua intra capitis ossa,  
linea mediū cerebrum diuidens, protenditur, ad quam etiam peruenit,  
anteriorum duorum ventriculorum sceptrum. Porro ea corpora, suapte na-  
tura, idonea sunt, vt ipsis caput impleatur, in quibus vaporosus, calidusq;  
spírítus generat, aut quibus biliosa excrementa cumulantur, in ore ventricu-  
li. Atqui spírítus, dolores inducūt tensiuos, qui idcirco sic vocati sunt, quod  
extēnsionis sensū inducūt. Biliosa excremēta, dolore mordaci afficiūt. Dolo-  
res a plenitudine pcedētes, grauitatis sensum afferūt. quibus si rubor accedat  
atq; calor, calidos, sed sine ijs, nō calidos humores significant. Sunt quibus  
caput assidue dolet, vbi vel liberalius vinū ingesserit, vel meracius, idq; ma-  
gis, si suapte natura calidū fuerit. Pręterea calidi odores omnes, vt styracis,  
aut cypheos, atq; in totum odorata omnia, capitis dolorem pariunt, adeo  
vt nonnulli, ne thuris quidem odorem ferre possint. Neq; vero absurdum  
est, vt quosdā ob sensus exuperantiā, dolor infestet, quemadmodū in ore sto

machi accidit. Sunt enim nonnulli in quibus id tam exacte sentit, ut neque acce-  
 acetum, neque sinapi, neque aliud huiusmodi ferat. Alij vero contra, ipsum pene  
 insensibile habent. quippe videtur aliqui vel ructare vel vomere quaedam usque adeo  
 vitiosa qualitate infecta, ut nos ne odorem quidem sustinere possimus, quum  
 tamen ipsi interea nihil fere sentiunt. Nihil igitur prohibet quo minus in ho-  
 minum cerebro similes notentur differentiae, ut eosdem odores aliqui impu-  
 ne sustineant, perinde ac si omnino ab ipsis distarent, alij eos sine molestia  
 ferre non possint. Igitur quod omnes huiusmodi affectiones ad cerebrum  
 pertineant, iam manifestum esse videtur.

De apoplexia, nervorum resolutione, & convulsione. Caput. X.



Ita etiam nervorum resolutio, & per uniuersum corpus eorum  
 convulsio, in quo genere nervorum etiam rigor (Graeci tetanus  
 non vocant) continetur. Itaque si aliquando per totum corpus, ner-  
 uorum actio vitiosa redditur, ipsorum principium affectum esse  
 constat. id vero ex sola anatomice dinosci potest. Quum igitur  
 omnes pariter nervi, tum sentiendi, tum mouendi, vim ami-

serint, apoplexia huiusmodi affectio appellatur. Vbi vero alteri laterum, aut  
 dextro, aut sinistro, id accidit, resolutio nominatur, eius scilicet partis, in qua con-  
 sistit affectus, interdum dexterae, interdum sinistrae. Quod si in aliquo mem-  
 brorum idem euenerit, eiusdem membri resolutio esse dicitur. Nam & tota  
 manus & totum crus interdum resoluitur, atque solus in crure pes, & quae sub  
 genu sunt. Sic etiam de tota manu similiter proportione dicendum est. Cae-  
 terum ex anatomice didicimus, quod omnes animantis partes sub ceruice  
 positae, quae a concilio & voluntatis imperio moueri possunt nervos habent  
 qui eas moueant, procedentes ex spinali vocata medulla. Atqui saepe nume-  
 ro audistis eam spinalem vocari medullam, addita scilicet medullae appella-  
 tione, interdum vero sine additione simpliciter spinam nuncupari. Vidistis  
 etiam in corporis dissectione, nervos qui pectus mouent, ex ea spinae parte,  
 quae in ceruice est, ortum deducere. ipsa vero ex transuerso incisa, si tota fue-  
 rit dissecta, omnes quae sub ipsa sunt corporis partes, sensu, motuque priuari.  
 utpote suscipiente spina a cerebro, vim tum sentiendi, tum mouendi pro ar-  
 bitrio. Praeterea in anatomice vidistis, ubi per transversas spinae incisiones,  
 ad medium usque, secundum longitudinem secaretur, non omnes suppositas  
 corporis partes, sed eas duntaxat, quae e regione sectionis erant, resolutas.  
 dexteras quidem dextrae spinae parte dissecta, sinistras vero, ubi reliqua pars  
 esset incisa. Itaque manifestum est, quod circa primum spinae processum, facta  
 aliqua dispositione, per quam cerebri facultas, quo minus ad ipsam perue-  
 niat, prohibetur, omnia inferiora membra, depraefacie, sensu motuque priuabuntur.  
 ubi vero media eius processus pars fuerit affecta, non omnes inferiores par-  
 tes resoluentur, sed vel sinistrae duntaxat, vel dextrae. Videntur autem huiusmodi  
 resolutionum aliquae, faciem quoque infestare. sed tamen resolutum latus ad alteram faciem  
 partem trahit. Quumque ex anatomice didiceritis, nervos qui per faciei partes

Apoplexia  
 Paralyfis  
 Resolutio  
 nervorum

Spinalis  
 medulla

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

sparsi sunt, a cerebro demitti, si earum aliqua, simul cum toto corpore resoluta est, haudquaquam vos latere debet, resolutionis dispositionem, in ipso cerebro consistere. ubi vero illaesa permanserint, spinæ initium affici sciendum est. Accidit vero nonnullis ut faciei partes duntaxat afficiantur, quæ admodum & reliquarum quoque partium interdum aliqua, ut lingua, oculus, mandibula, labrum. Etenim non omnibus, ab vno loco principium influit, utpote quæ ex diuersis cerebri partibus nervos suscipiunt. Id quod in anatomice haud obscure conspicitur. Igitur apoplexia omnibus animalibus actionibus noxam inferens, cerebrum affectum esse manifeste declarat. Discernitur autem affectionis magnitudo ex noxæ quam spirationi infert vehementia, quum enim naturalem ordinem plurimum egreditur, magnam, quum vero paulum impedimenti est, parvam in cerebro noxam esse conijcere oportet. Sane omnium pessima spiratio putanda est, quæ & intermittitur, & magna cum violentia trahitur. Quippe ut mori contingit apoplecticos, ob id quod spirare non possunt, sic homo qui corporis partes mouere nequit, ad vitæ functiones censetur inutilis, quamuis huic subitæ mortis periculum haudquam imminet. Itaque vidimus quendam, qui reliquis partibus omnibus resolutis, nullam, quæ ad faciei partes pertineret, actionem amisit, serua ta etiã spiratione. quomodo enim viuere diutius potuisset, ipsa deperdita? In quo affici putauimus illam spinæ partem, quæ paulo inferior est, processu neruorũ ad septum transversum tendentium, quinetiam & vrinam, & alui sedimina, ipsum præter voluntatis imperium emisisse manifestum est. Insuper vidimus alium, cui propter casum omnes inferiores partes deptis manibus, resolutæ sunt. Sic etiã ubi vniuersæ corporis partes, quæ sub facie constitutæ sunt, resoluuntur, faciei partibus illæsis, affectionem in spinæ initio esse certum est. Atque eadem quoque ratione, si toti corpori conuulsio acciderit, eundem spinæ locum, affectum esse declarat, faciei partibus omnino seruatis illæsis. Quod si hæ quoque afficiantur, cerebro noxam iam illatam esse ostenditur. Vbi vero pars aliqua conuulsa est, neruum, qui eius motioni deputatus est, aut muscolum, affici necesse est. Igitur si ex anatomice neruorum ad singulas partes venientium, principia didiceris, perquam facile earum & sensum, & motum deperditum, curabis. Verum hæc indeterminata relicta sunt & Erophilo & Eudemo qui primi post Hippocratem neruorum anatomice accurate scribentes, non mediocrem medicis dubitandi occasionem præbuerunt. Quo pacto per neruorum resolutionem, interdum sensus duntaxat, interdum motus, nonnunquam ambo simul pereant. Itaque neruorum resolutio potissimum dicitur ubi motus deperditus est. Vbi vero partium aliquarum sensus perit, eam partem sensus expertem esse, resolutam vero non adeo dicere consueuimus. quæ sunt nonnulli, qui hanc affectionem, sensus resolutionem vocitant. Nos vero semper iubemus, ut cuiusque nominibus pro arbitrio uti liceat, etenim hoc nobis esto propositum, ut affectam scilicet sedem, simulque dispositionem eius inueniamus. Nisi enim hæc accurate cognouerimus, nequaquam eas partes, quibus vel sensus, vel motus vitiatum est, recte curabimus. Sane Pausanias Syrus sophista, quum Romam aliquando venisset, secum

Apoplexia  
Apoplexiæ  
magnitudo

Erophilus  
Eudemos  
Hippocrates

Neruorum  
resolutio  
Paralysis

Pausanias



dum duos minores sinistrae manus digitos, atque medij partem mediam, sensum in primis quidem difficilem habebat, postea male curantibus medicis, sensum omnino amisit. Quibus equidem cognitis, omnia quae praecesserunt inuestigauit, atque ipsum, quum per viam duceretur, vehiculo excidisse, atque in dorso initio laesum, mox partem laesam breui quidem curatam, sed auctum in digitis sensus vitium, audiuit. Igitur remedia quae illi digitis adaptauerant, laesae parti adhibere iussi, atque sic vir ille celeriter sanitati restitutus est. Etenim id quod in primis scire oportet, quod videlicet nervi per vniuersae manus cutem dispersi, quibus sentiendi ad ipsam facultas defertur, proprias quasdam habeant radices, quodque nervi musculos mouentes, ab ipsis differant, medici ignorant. Verum latius, quam proposueram, iam nostra expatiata est oratio, proinde quiescere eam decet. quippe nostra intentio erat, ut hoc commentario omnes affectiones, quae caput, maxime vero cerebrum infestare consueuerunt, inueniremus. At quia ab ipso, nervi originem ducunt, per consequentiam, ad nervorum usque affectiones, sermo peruenit, cui etiam finem imponendo, passiones quae reliquis a capite partibus accidere solent, scribere aggrediamur, si prius hoc tantillum superioribus addiderimus.

¶ De olfactu.

Cap. XI.



¶ **V**i olfaciendi vis laeditur, non eorum meatuum qui in nari Olfactus. bus conspiciuntur, sed vel anteriorum cerebri ventriculorum, quum intemperantia quadam afficiuntur, noxa est, aut eorum meatuum, qui ethmoides (id est cola vocantur) si alii Ethmoides quando obturantur. siquidem odoratorum sensus, in prioribus cerebri sinibus perficitur, elatis ad ipsos per coliformina vaporibus, quemadmodum in eo libro quem de olfactu sensorio conscripsimus, iam declaratum est.

¶ GALENI, DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA,  
Liber Quartus. PROOEMIUM.



¶ **Q**uia via & ratione affectas sedes scrutari conveniat, superioribus libris satis perstrinximus, multis definitarum quarundam partium adductis exemplis. Quoniam vero, ut iam diximus, atque in alijs libris demonstrauimus, circa res particulares exercitari oportet eum, qui singula artis opera, quae vniuersali via & ratione didicit, tuto & celeriter perficere voluerit, opere precium me facturum mihi videre videor, si rationales quasdam notiones, omnium corporis particularum, quae sensum effugiunt, cum quomodolibet afficiunt, perscripsero, sumpto a capite initio. Igitur de memoria, & cogitatione vitata, atque reliquis animae functionibus, quas principes nominare consueuimus, in huius commentationis libro tertio iam diximus, simul in non paucis affectuum generibus, via

& ratione inducto exercitatiois modo. Nam & de phreniticorum insania, & de ea que citra febre accidit, qua melancholiam nominant, preterea de lethargo, sopore, morbo comitiali, melancholia, vertigine, cephalia, hemi-  
 crania, apoplexia, & similibus ibi iam dictum est.

De affectis partibus in oculorum morbis.

Cap. I.



In presenti libro, qui huius commentarii quartus est, de faciei partibus, que intrinsecus, afficiuntur, sermonem faciemus, ab oculis incipiendo. Nam modo ipsorum sensus, modo motus, ac nonnunquam tam sensus, quam motus resoluitur. idque interdum in altero, interdum in utroque accidit oculo. Nonnunquam solius palpebre, nonnunquam etiam eius partis, quam proprie oculum vocamus, vel sensus, vel motus leditur. Cum enim nullo in oculis

Nervus visificus.

Spiritus visificus.

Oculorum motus.

Oculorum musculi sex

malo apparere, cernendi sensus deperditus est, demissus a cerebro nervus causam, ut vel inflammationem, vel duriciem in se continet, aut aliter quomodo libet foramen ipsius obturatur. Atque huiusmodi affectus, oculo, ut instrumentali parti, accidere necesse est, qui vero ei, ut similari, adveniunt, octo in temperantia generibus continentur. Preterea aliud quoque ipsorum vitium est, quum vel nihil omnino, vel exiguum admodum, visifici spiritus, a principio, quod in cerebro consistere putandum est, ad eos descendit. Si vero uterque vis oculorum, motum duntaxat amiserit, secundae copulae nervum, qui a cerebro oritur, molestari necesse est, ab aliquo videlicet eorum affectuum, quos alteri nervo, qui a prima coniugatione nascitur, nuper accidere diximus. Quoniam vero, ut ex anatomice didicimus, musculi oculum mouentes, senario numero constant, ac praeter eos, alij quoque sunt, qui descendentes in ipsum meatum radicem amplectuntur, quippe dissectores ita nominare conueuerunt primae coniugationis nervum, eo quod soli manifestum sit foramen, accidit interim quis ipse haudquam afficiatur, musculorum aliquis, aut in propria essentia, aut in nervo ad ipsum descendente, ab aliquo nuper dictorum affectuum infestetur. siquidem singulis horum musculorum, pars quaedam nervi a secunda coniugatione orti transmittitur, haud secus quam ips quoque musculis, qui meatum ipsum comprehendunt, siue ij duo, siue tres, siue vnus duntaxat, dicendus sit. id enim in presentia non refert. modo nouerimus horum musculorum munus esse, ut & retrahant oculum & firment, ne mollis ille nervus, quem & visificum, & meatum nominant, villo pacto in processu diuertatur. Quum itaque sex inueniantur oculum mouentes musculi, si is quidem qui ipsum retrahere solet, afficiatur, totus oculus delapsus videbitur. si vero is qui ipsum detrahere potest, affectus est, oculus retractus apparebit. Ita etiam si minoris anguli musculus vitiatum, ad maiorem, si vero hic laesus est, ad illum oculus deflectitur. At si volentium musculorum quispiam resoluitur, obliqua erit totius oculi conuersio. Ceterum quum alij praeterea sint musculi, mollem nervum illum circumdantes, scire licet, ipsis resolutis totum oculum procidere, atque a sua sede moueri, quamuis plerique eorum qui sic affecti sunt, sensim quidem intento molli nervo, sed nequaquam affecto, citra noxam cernere possint, qui ubi quoquo modo afficitur,

visum efficit obscuriorem. ubi vero adhuc magis malum ingrauescit, constat eos qui sic afficiuntur, nihil omnino cernere posse. Porro quum oculi a sua sede remouentur, si ad alterutrum angulum fiat conuersio, innocua permanebit cernendi facultas. si vero aut sursum, aut deorsum, aut in obliquum quoque vertatur, quicquid ipsis obieceris, id omne duplici esse videbitur. Musculi vero supernam palpebram mouentes (nam inferior immobilis est) quonia perquam parui sunt, adeo ut in maioribus quoque animalibus, vix manifeste perspicere possint, nihil mirum si nervi ipsis innati difficulter videantur. Nihilominus quemadmodum in musculis, quorum iam supra meminimus, ita & in his quoque euenire necesse est, ut interdum musculi ipsi, peculiari aliquo affectu, ex his quos ad musculos pertinere nouimus, interdum vero nervi ipsis innati infestentur. Igitur si musculus ipsam sursum retrahens exoluitur, laxam efficiet palpebram, adeo ut oculus aperiri non possit. si vero detrahentes (gemini enim sunt) resoluuntur, oculum claudere non poterunt. Quorum si alter dumtaxat afficitur, ad oppositum musculum palpebra deflectetur, ut fracta videatur, in fine videlicet circa media ipsius lineam. quippe ea pars, quae iuxta musculum affectum est, retrahi, quae vero iuxta illesum est detrahi, videtur. Hi sunt partium oculi peculiare affectus, qui latentibus locis insident. Ac sunt praeterea alij, qui ex alijs partibus ei per consensum adueniunt. Igitur accidentia, suffusorum Suffusio. visis similia, videntur, oculis nulla propria affectione molestatis. sed aut oris ventriculi, aut cerebri cognatione, id accidere solet. Verum haec ipsa, ab ijs quae a ventre oriuntur, distinguenda sunt. Primum quidem ex eo, quod vel alter dumtaxat oculus, vel uterque similiter, visis occupetur. siquidem in vniuersum visa ob humorum in ventriculo contentorum vitium oborta, utriusque oculo similiter accidunt. Quae vero per suffusiones apparerent, neque incipiunt simul in utroque, neque similiter apparent. deinde ex tempore quoque distinguuntur. Si enim tribus, quatuorve aut etiam pluribus mensibus, suffusionis apparuerint accidentia, contemplantiq; tibi pupillam, nihil tenebrosum videatur, ab ore ventriculi affectum procedere inuenies. Si vero non ita multum temporis intercessit, querendum est in primis, utrum ex quo incepit affectus, singulis diebus perpetuo huiusmodi apparitio perseuerauerit, nullo scilicet interueniente die, qui omni reprehensione cauerit, an diebus quibusdam laborans exacte videatur conualuisse. Nam assiduitas suffusionem portendit. Intermissio vero, quod malum a ventriculo prodierit, suspicionem excitat, idque magis, si perfecte quis concoquens, nullum sibi visum apparere fatetur, sed multo magis, si quum apparuerunt visa, mordicus in ore ventriculi doluit, maxime vero, si post haec vomendo, eiecta re mordente, mitigata fuerint accidentia. Haec sunt quae primo statim die, quum videris hominem, interrogando discere debes, quando, ut iam diximus, exquisite secundum naturam se habuerint oculi. Vbi vero altera pupilla tenebrosior, aut turbidior, aut (ut breuiter dicam) non exacte pura videtur, suffusionis esse initium censendum est. Si vero quispiam suapte natura pupillas ipsas non admodum puras habuerit, considera num utriusque similis sit affectus, ad haec si non ita multum temporis a suffusionis accidentibus

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

præterierit. Quibus sic se habentibus, impera, vt minus cibi, quam pro consuetudine, ingerat. eumque nihil mali succi habentem, postero die ubi probe concoxerit, qualia apparuerint visa interroga, si enim vel omnino nulla, vel debiliora videantur, ad ventriculum referendum est accidens. At si similia permanserint, non per consensum, sed ex propria dispositione, sciendum est huiusmodi accidētia oculos infestare. Idque magis ubi sumpto ex aloe medicamento, nihil variauerint. Voco autem medicamentum ex aloe, quod alij hiera picra hieram picram, alij simpliciter picram appellat. Quippe si a ventriculo pro- uenerit accidens, huiuscemodii medicamento potui dato, facillime curatur, accedente simul bona concoctione, vt in idem conueniant, & affectæ sedis notitia, & ipsius curatio. Equidem quosdam sic affectos, quauis, vt scitis, non viderem, quum in alienis essent terris, per literas curauit. Nam quum nonnulli ex Iberia, Celtica, Asia, Thracia, atque alijs regionibus, per epistolas a me peterent, etiam in suffusionis initio, nullo adhuc vitio in pupilla appa- rente, vt probatum aliquod eis medicamentum transmitterem, volui prius certio- rem me redderent, num ex multo tempore ita fuissent affecti, præterea de alijs quoque, quorum paulo ante mentionem fecimus. Qui quum per episto- las responderent, sex menses, aut annum iam exactum esse, vtrunque oculum similitè affici, quum probe concoxissent, melius sese habere, per cruditates, atque ventriculo mordicus dolente, grauius irritari, eucta vero per vomitum bile, quiescere, nulla facta de pupilla questioe, satis efficaciter me cognoscere putauit, non proprio affectu, sed per ventriculi consensum oculos infestari. Mittens itaque picram, ipsos quidem in primis, atque præcipue, per eos autem, alios quoque multos ipsorum cõterraneos, sanauit. quum enim omnes quot- quot epistolas meas acceperunt, docti essent, affectorum locorum notas ex literis meis didicerunt, quibus deinde facile cognitis, eos amaro medicame- to curauerunt. ¶ At similia quoque suffusioni accidentia, in quibusdam phreni- tidis speciebus, affecto scilicet cerebro, sepe numero euenire solent. Nec refert, vtrum species, an differentias nominaueris. Nam simplices quidem duæ inue- niuntur, ex quibus deinde tertia componitur. Quippe sunt phrenitici qui- dam, qui de ijs quæ oculis offeruntur, recte (quantum ad sensitiuam notitiam pertinet) iudicant, cogitando vero, a naturali iudicio aberrant. Alij rursus cogitatione quidem falluntur minime, sensibus tamè difformiter mouentur. Sunt præterea qui simul & sensus, & cogitatiois vitio laborant. Itaque cuiusque læsionis modum, sic accipe. ¶ Quum Romæ quidam domi, cum lanifici puero con- tineretur, surgens a cubili venit ad fenestram, per quam & ipse videri, & præter- euntes videre potuit. Itaque ex vitreis vasis singula ostendens, interrogauit, im- peraret ne vt ea proijceret? Illi vero ridentes, plaudentesque, vt ea proijceret, roga- bant. tunc ipse deinceps omnia arripies eiecit, at illi magnis acclamatiõibus riserunt. Postea iuberet ne puerum quoque proijci? quum eos interrogasset, atque id illi iussissent, ilico ipsum deiecit. quem ab alto cadentem videtes, suppresso statim risu, ac currerunt, & cõfractum iam puerum sustulerunt. ¶ At cõtrariam affectionem, non solum in alijs, verum in meipso, quum puer adhuc essem, expertus sum. Quum enim per gesta

Aloe.

Hiera picra

Phreniti-  
dis species.

Lanifici  
et.

Vitreayasa.

Galenii deli-  
rium.

tem ardēte febrī laborarem, & festucas atro colore, ex cubilī emīnere, & floccos similiter in vestibus esse putabam, quos auferre tentans, nihilq; sub digitis eductum inueniens, accuratius, vehementiusq; id efficere conatus sum. Audiens itaq; duos ex amicis, qui tū aderant, dicētes. Vides ne hūc iam & floccos euellere & festucas colligere? statim intellexi, id ipsum quod dicebant, me fecisse. Quum vero sic animo constarem, vt rationalis in me facultas nō vacillaret, recte inquam dicitis, proinde ne phrenitis me arripiat, auxilio estote. illi autē quū idoneis rigationibus caput fouerent, tota die, sequenteq; nocte, grauib; insomnijs turbatus sum, vt interim & clamare, & exilire viderer. verum postero die, mitigata sunt omnia accidētia. Igitur constat q; licet ab eadem causa secundū speciem accidentia proueniāt, non tamē ab eadem sede quę primario affecta sit, emergūt, & in ijs qui ex cerebro, atq; illis qui per ventriculī consensum, vt dictū est, laborant. ¶ Quum enim in cerebro cuiuspiam biliosus succus abundat, acceditq; febris ardens, is afficietur perinde ac si ad ignem torreretur, oriturq; tum fumus veluti in lucernis ab oleo, qui per vasa, quę ad oculū tendunt, delapsus, visorū in ipsis causa censetur, siquidem in anatomice vidistis, quod & arteriæ & venæ, ab his vasis ex quibus choroïdes membrana contexta est, simul cum neruis ad oculū descendūt. Verū huic sermoni, vtpote satis iam definito, sinē imponētes, de reliquis oculi partibus deinceps dicamus. si prius id in vniuersum monuerimus, nostri instituti non esse, earū particularum quę manifeste sensu percipiuntur, si a naturali constitutione aberrauerint, notas perscribere, sed illarum potius, quę quum affectæ fuerint, sensum latent. Nam quum pupilla manifeste videt̃ aut fracta, aut distorta, aut præter naturā vel aucta, vel imminuta, haud difficile est affectam particulam cognoscere. atvero quę sit dispositio huiusmodi faciēs affectū scire, non sine negotio a medica arte petendum est. verum de ijs in libro de causis accidentiū iam scriptum est. Proinde nō opus esse videtur, vt in hoc libro vel affectas sedes in oculis, quas sensus consequi potest, vel affectus ipsos declarare aggrediar. Quippe affectuū nomina vno paruo volumine, cui titulus est quomodo noscantur oculorum affectus, perscripta sunt. Causas vt diximus in libro de accidentium causis, inuenies. Tempus igitur est, vt ad linguam nostra conuertatur oratio.

Visorū causæ.

Ocularius liber.

¶ De affectuū linguæ notitia, itē de sopore, & morbo comitali. Cap. II.



Atque videmus interdum ipsius motū, interdum gustandi sensum lædi, Atque nonnunq; tactū quoq;. Neq; enim alio gustus atq; alio tactus neruo vtitur, vt in motu videre est. Nerui enim a tertia coniugatione orti, non solum tangendi, verū etiam gustandi vim obtinent. Verū crebrius læditur gustandi q̃ tangendi facultas, quā iisdē neruis vtraq; vtatur. Nam ad gustū quidem exacto iudicio opus est. tangendi vero sensorium, vt crassissimū, ita cernēdi tenuissimum est. Auditus vero sensorium, vt in tenuitate a visu, ita sensorium gustus in crassitudine, a tactu, secundum

Gustus.

Sensoria.

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

locū obtinet. Olfaciendī vero sensoriū in illorū quatuor mediō cōstituitur. Mouendī autem vis linguæ aduenit, a septima neruorū a cerebro ortorum coniugatione, nō longe a spinalis medullæ initio. Quūq; hoc in loco vtraq; cerebri pars, tam dextra, q̄ sinistra afficitur, ne apoplexia hominem rapiat periculum est. Vbi vero altera tantum, in paralyſin finiri solet. Ea interdū alteram duntaxat linguæ medietatē, a motu prohibet. Interdum partes sub capite constitutas, & quidem modo has, modo illas infestat. Nonnunq̄ alterum latus, per vniuersum corpus vsq; ad extremas pedum partes, afficit. Igitur ex faciei partibus, lingua sæpenumero videtur iam dicta dūtaxat noxa molestari, quū nulla sit, neq; in tactu ipsius neq; in gustu, lesio. Cuius rei causa haud obscura est, vobis præcipue, qui vidistis neruorum a cerebro processum, ad faciē quidem a parte eius anteriore, ad partes totius animalis sub facie omnes, ab altera parte nempe posteriore. A qua etiā eorum neruorum, qui ad linguæ musculos veniunt, coniugatio procedit, quibus ipsa motum ab electione perficit. Itaq; non ab re quum anterior duntaxat cerebri pars afficitur, sola linguæ motio vitio carebit. Reliquæ vero faciei partes omnes, in altera parte, dextra, aut sinistra, & sēsū, & motū, ab electione amittunt. ¶ **Q** si aliquādo tota anterior cerebri pars afficitur, supremū ipsius ventrem ei consentire necesse est, atq; cogitandī quoq; actiones vitari. Proinde qui ita affectus est, neq; sensus neq; motionis munere fungitur, spirandī tamen facultas haudquaq; læditur, vocaturq; hic affectus caros, id est sopor. Si vero adeo vehementer spirationē opprimat, vt quis vel magno conatu, vix spirare possit, eorum exemplo qui per grauē somnū stertere solent, apoplexia nominatur. Atqui solutæ apoplexiæ creberrimæ succedere solet vocata paralyſis. Sopore vero finito, bona valitudo magna ex parte subsequi consuevit. Fit autem sopor, Hippocrate authore, musculis temporum affectis, præterea in acutis quoq; morbis, vt idē Hippocrates scripsit. Inter soporē vero & apoplexiam, morbus comitialis medius est, cōuulsionē afferens vniuerso corpori, sed in paralyſin non finitur. Horum triū morborum, frigidus, ac crassus, aut omnino viscidus humor, causa est. Verum & in sopore, & morbo comitiali, ventres magis, cerebri corpus minus. In apoplexia vero vtraq; affici solēt. In catalepsi vero & vigilantī sopore (græce catoche) posteriora cerebri magis molesantur. Quum autem osse quopiā te-rebra perforato, medius ventriculus fuerit attritus, sopor hominē occupat, sed neq; conuulsione neq; difficilī facta spiratione, hæc apoplexiæ, illa morbo comitiali peculiaris est. haud secus q̄ catalepsi, soporiq; seruato secundum naturam spiratio. ¶ Verum vt per soporem palpebræ clauduntur, ita in catalepsi manent apertæ. Quemadmodum autem inter perforandum, quum quis membranā negligenter ac ultra q̄ res exoptulat, meningophylace (id est membranæ custode) premendo violauerit, sopor accidere solet. Ita vbi os caluariae vehementer attritum, ipsius ventriculos comprimat, maximeq; medium, sopor superuenire potest. Quinetiam ad vehementes dolores hic affectus sequitur, concidente videlicet robore spiritus animalis. Voco autē

Motus lin-  
guæ.

Apoplexia.

Paralyſis.

καρος  
Sopor.

Apoplexia.

Paralyſis.

Hippocra-  
tes.

Morbus co-  
mitialis.

Catalepsi.

Sopor vigi-  
lans.

Sopor &  
catalepsi  
differunt.

Spirit⁹ ani-  
malis.

sic, id quod est in cerebri ventriculis primū animæ instrumentū, quo & sensum, & motum, in vniuersas corporis partes transmittit. Hos cerebri affectus, tū q̄ iam proposito sermoni familiaritate coniunguntur, tum etiam q̄ antea non satis declarati fuerunt, operæ precii duximus in presentia definire. ¶ Sed ad linguæ affectus redeundū nobis est. Quorum alij quidē cōmunes sunt, per cerebri neruorumq̄ consensum. Alij ipsius duntaxat proprii censentur. Igitur quod ad cōmunicationem, quā cū cerebro habet, pertinet, vt per septimam neruorū coniugationē motus ipsius vitiat, ita sensus impediri potest per tertiā, quē neruum dissectores mollē appellant, descendentem dispersumq̄ (vt scitis) in tunicā quæ linguā comprehendit. quē admodum is, qui a septima cōiugatione ortū habet, musculis ipsam mouentibus, distribuitur. Proprii autē solius linguę affectus, ex ijs quę iam supra de oculorum proprijs affectibus diximus, haud difficulter inuenientur. Quippe sicut musculorum ipsius intemperantiæ motum impediunt, & quidē vt similiarium, ita ambientis ipsam extrinsecus membranæ intemperies, & tangēdi, & gustandi simul sensum vitiat. Instrumentalium vero affectionum speciem referūt inflāmationes, tumores duri, tumores molles, erysipelata, supurationes. de his vero, vtpote quæ tum visu tum tactu discerni possunt, nihil aliud in hisce commentarijs dicemus. quippe eas duntaxat affectas partes hoc in libro persequi proposuimus, quæ neq̄ visu, neq̄ tactu, sed demonstratione, atq̄ (vt summatim dicam dicam) rationali viā inueniri possunt.

Spirit<sup>9</sup> animalis.

Neru<sup>9</sup> molli.

¶ De sensu auditus.

Cap. III.



Adem quoq̄ ratione in sensu auditus, quicunq̄ affectus in auriū oculis obiecta cōcauitate, oriuntur, rationali inuestigatione non indigent. Illaso vero apparēte aurium foramine, si audiendi facultas lēditur, simili viā & ratione inquirendæ sunt notæ. Vbi enim præter hanc nihil lēsum est, neruum proprium affectum esse, haud absurde conijcimus.

Auditus.

¶ De affectibus faciei.

Cap. IIII.



Bi vero reliquæ faciei particulæ, simul cū ipsa læduntur, in cerebro dispositionē præter naturā esse perpendimus, ipso vel vt similari vel vt instrumentali parte affecto. Sed tunc facies reliquis in locis omnibus, non solum motū, verum etiā sensum, aut perdit omnino, aut vitiatum habet, idq̄ interdum partibus quę læsas habēt actiones, proprio affectu laborantibus, interdum vero neruis qui ad eas a cerebro deferuntur, deniq̄ ipsomet interdum affecto cerebro. Quorum discrimen per cepulata ipsis accidentia, facile deprehenditur. Quippe si forte fortuna vna quępiā particula, aut in sentiēdi, aut mouēdi, aut vtraq̄ facultate lædatur, ea sola causam dispositiōis continet. Idq̄ aut suis ipsius partibus, aut neruis, qui ad ipsam ex tertiā coniugatione feruntur, vel instrumentaliter, vel per intemperiem laborantibus. At vbi plurimæ simul afficiuntur particulæ, cōsiderare

## GALENI DE LOCIS AFFECTIS

oportet, vtrū ex vna neruorū origine, aut pluribus, sensum motūve . quū in naturali sunt habitu, sortiantur. Subijciamus enim ex arte secādi corpora, temporum, maxillarumq; musculis, itē labris, & narium pinnis, sensum & motum, linguæ vero, omnibusq; oris partibus, sensum duntaxat, a tertia neruorum coniugatione procedere. A secunda vero, vt oculorum musculis, motum, ita a prima oculis ipsis, cernendi sensum suppeditari. Igitur vbi partícula quibus a tertia coniugatione nerui adueniunt, & quidem omnes, sed in alterutra duntaxat parte, læsæ videntur (nunq̄ autem huius præceptionis, vel nihil dicentibus nobis, obliuiscaris) neruum ipsum primario affectum esse putandum est. Si vero vtrāq; simul partem lædi contigerit, non nerui proprius, sed in cerebro, loci cuiuspiam, a quo nerui procedunt, primus affectus est. Sane affecto in vtrāq; parte, tam dextra, q̄ sinistra, cerebro, in eo videlicet spacio, vnde tertia neruorū coniugatio prodit, omnes vicinæ partes simul affici consueuerunt. proinde & tertiæ, & quartæ coniugationis nerui, vnde sequitur, vt oculorum quoq; partes lædantur. Qz si vnus duntaxat vel musculus, vel neruus, quoquo modo siue primaria affectiōe, siue per consensum, fuerit affectus, pars ipsa in aduersum trahitur musculum. Nam resoluto musculo, qui dextram labri partem mouet, ipsa ad sinistrā deflectitur. At si is qui sinistram mouet resoluatur, ipsa trahitur ad dextram. Haud secus & totam mandibulam, & narium pinnas, & genas vtrāq; quas a musculosa latitudine (id est lato musculo) moueri didicistis, in aduersam partem deflecti cōtingit. Id autem per neruos non a tertia coniugatione, sed a ceruicis vertebris procedentes, efficitur. Nam hi per totā pene faciem sparguntur, exigua ipsius parte excepta, quæ a quinta coniugatione prodeūtes neruos suscipit, in suprema videlicet lati musculi parte.

### ¶ De spinalis medullæ affectibus.

Cap. V.

Spinalis  
medulla



Ed iam tempus est, vt spinalis medullæ affectus persequamur. Igitur spinalis medullæ affectus, quātū ad præsentem inquisitionem pertinet, compendiosam habent doctrinam. vbi vero ad actiones venire oportet, compendiosam notitiā non habent. Etenim nisi quis neruorum ab ipsa procedentium coniugationes ita memoria teneat, vt ad quam corporis partem, singulæ perueniant, cognoscat, discernere non poterit, secundum quam vertebram, ipsa sit affecta, veluti e contrario, si illarum meminerit, facilis erit affectæ sedis notitia. Quinetiā si reliquarū quoq; partiū omnium, notitiā quæris, vt neruorum qui a spinali medulla oriuntur, memineris, necesse est. Veluti vbi primæ vertebræ afficiuntur, licet raro euenire tamē interdum angina potest, idq; in pueris magis, q̄ adultis, de qua Hippocrates libro secundo de morbis populariter vagantibus in hunc modum scripsit. Erant anginæ affectiones huiuscemodī. Ceruicis vertebræ ad interna conuersæ sunt, alijs quidē plus, alijs vero minus, atq; in partibus exterioribus, manifesta videbatur in ceruice concauitas, dolorem laborans, quū tangeretur, sentiebat. Accidit etiā angina cuidā, sub ea vertebra quam dentem

Angina.  
Hippocrates.

Dens.



nomināt, verū non adeo acuta, quibusdā vero ob rotūdītatis magnitudinē,  
 omnino cōspīcia, Gulā licet inflāmatio nō angeret, ipsa tamē molestia mi-  
 nime carebat. Ea quę sub genis erāt, tumbāt quidē, sed inflāmatione haud  
 quāq̄ vexabant. Inguīna nullus dolor cruciabat, sed naturalī potius habitu  
 permanebant. Līngua haud facile mouebat, atq; aucta īpsīs videbatur, atq;  
 exerta, venę sub līngua manifestę, deglutire nisi magno cū labore nequibāt,  
 at sī vī quadā deuorare conarent, per nares effluebat id quod ingesserāt. Ex  
 naribus loquebant. Spīritus īpsīs nō admodū elatus, nōnullis, capītis, tēpo-  
 rum, atq; ceruicis venę attollebant, atq; horū quibusdā tēpora paululū cale-  
 bant, quīs alioquī nō febricitaret, plurimī nō āgebant, nisi quū vel sputum  
 vel aliud quippiā deglutire tentarent. Neq; subsedebant oculi. Igit̄ quibus  
 tumor nō in alterutrā partē deflexus, sed rectus erat, nequaquā paralytici eua-  
 debant. Horū sī quempīam perīssse mihi cōstaret, id referre grauarer minia-  
 me. nā quotquot memoria nūc consequi possum, oēs superstites permanse-  
 rūt. Atq; alij q̄ celerrime sanitati sunt restituti. Alij nō pauci, quadragesimū  
 diē preterierūt. Insuper nōnullos, febris oīno nō arripuit. Plurimis etiā vsq;  
 in longū tēpus, pars quēdā tumoris protracta est, cuius rei signū, & a deglu-  
 titione, & a voce, sumi poterat. Atq; eliquatae quoq; columellę, quāq; nihil  
 malī habere videbantur, malę tamen significationis nuntium pręstabant.  
 ¶ At vero quibus alterutra pars afficiebat, ij ea parte a qua vertebrę resol-  
 uebantur, paralytici euadebant, atq; hęc ipsa versus alteram trahebat. Por-  
 ro huiusmodi accidentiū notę, & ex facie, & ore, atq; septo quod gurgulio-  
 nem distinguit, euidenter deprehendebant. Quin etiā inferiores genę pro-  
 ratione mutabant. Cæterū qui paralytici ab angina fiebant, ijs non totum  
 corpus, vt in alijs fieri solet, resoluebatur, sed vsq; ad manus duntaxat malū  
 procedebat. Atq; ij concocta quędam, eaq; exigua, & nō sine molestia ex-  
 puebant, præterea quibus tumor in rectitudine consistebat, ij expuere pote-  
 rant. At ij quos febris quoq; infestabat, longe maiori cum difficultate spira-  
 bant, ac inter loquendū screabant, venę ipsīs attollebantur, atq; pedes erant  
 q̄ frigidissimi. Horum sī aliqui non illico mortui sunt, ij tamen erigere sese  
 haudquaquā potuerunt. Verum omnes quotquot equidem nouerim, mortem  
 obierunt. Totam huius sermonis seriem, in secundo libro eius commenta-  
 rij, quem in secundum librum de morbis populariter vagantibus, perscripsi-  
 mus, ad verbum fere enarrauimus. Atq; idcirco eam totam hic inseruimus,  
 eo q̄ Hippocrates, multis ostendit accidisse anginam nobis raro visam,  
 nullo existente in gutture proprio affectu. Quinetiam quod circa primas  
 oritur vertebra, a quarum altera pars quędam dentiformis vocata, pro-  
 cedit, vnde nonnulli ipsam totam vocauere dentem. At nunc sub hac  
 quoq; vertebra (inquit) factam quidem anginam, sed non æque acutam, vt  
 ea quę circa secundam fieri solet. siquidem constat, q̄ spinę partes, quo-  
 fuerint altiores, eo sunt præstantiores. proinde quo inferior primis duabus  
 vertebris fuerit dispositio, eo minorem inferet noxam. Sane ex arte secandi  
 corpora didicimus, septi transversi nervos, sub quarta ac quinta vertebra

f. j.

 Vertebra  
 dentifor-  
 mis.  
 Dens.

emergere. præterea ex cōmentarijs de spirationis causis, edocti sumus, liberā spirationē a solo fieri septo transuerso, accedēte ad hanc intercostaliū quoq; musculorū actione, vbi videlicet vehementiori opus est spiratione. **Q** si vehementissima spiratione indiguerimus, superiores etiam musculos concurrere oportet. Verum non solū ob magnā aut maximā spirationē, horū musculorū actionē requirimus, sed ob alias quoq; causas, de quibus latius in libris de dyspnœa (id est spirandi difficultate) iam dictū est. In presentia vero satis fuerit, a præscripto Hippocratis sermone, tantū accipere, quātū ad affectorū locorū notitiā necessariū est. Si prius eius verbī, quod in libro de articulis a nobis explicatū est, meminimus, vbi inquit. Vertebrarū autē quę in spina sunt, quæcūq; per morbos in gibbū trahuntur. Vult nimirū non solū ad iterna, vertebrarū luxationē, quā lordosin (id est excauationē) vocāt, sed eam quoq; qua retro vertebræ labuntur, comitari tēiones, quæ ad partes fiunt internas, trahentibus, qui ibi præter naturā cōsistunt tumoribus, neruosa corpora. Igitur vbi vnica dūtaxat vertebra, aut etiā duæ, aut tres, se se deinceps cōsequētes distrahunt, ea parte spinā cauari cōtingit. Vbi vero inter distractas vertebrae, vel vna, vel plures illæsa permāserint, sic affectis, gibb<sup>9</sup> accidere solet. At si i alterutrā partē, vel dextrā, vel sinistrā distrahat, ibidē in obliquū torquebit spina. Atq; in eo quē præmissimus sermone, vtri usq; mentionē fecit Hippocrates, excauationis quidē, cū dixit quibus secundū rectitudinē tumor incedit, obliquæ vero torsionis, dicens quibus vero alterutra pars afficiebatur. Porro exacte admodū atq; vtiliter nobis (si legerimus) hæc conscripsit. Per excauationem quidem, neminem fieri paralyticū, quod fit vbi pars aliqua resoluitur. Per obliquam vero torsionem, malum ad manus usq; procedere, significans ipsum ad infernas partes, vt costas, lumbos, crura, non posse descendere. ¶ In primis itaq; hoc nobis sciendum est. Alia quidem sequi accidentia, laborante spinali medulla proprio affectu, siue id ex sola intēperie fiat, siue simul humore quopiam affluente, vt in erysipelate, inflāmatione, atq; vlcere putri. Alia vero, vbi vel vna vel plures vertebræ afflictæ luxantur. Quippe vbi proprio affectu spina ipsa laborat, siue id in dextra, siue sinistra parte eueniat, citra tamen vertebrarū luxationē, & quidem si in altera parte duntaxat afficiatur, omnium inferiorum corporis partium, quæ e regione nocuenti constituuntur, tam sensus q̄ motus læditur. Si vero vtraq; pars affecta est, omnes particulæ tam in dextra quā sinistra parte, ei quæ læditur subiectæ, similiter resoluitur. At luxata vel ad gibbum vel ad concauum vertebra, fieri potest, vt nulla omnino partium inferiorū, vel in sentiendī vel mouendī facultate vitium percipiat. Atq; fieri etiam potest, vt lædatur eo videlicet modo, qui ab Hippocrate in libro de articulorum affectibus definitus iam est. Quum igitur angulosa (vt ipse nominat) fit spinæ luxatio, id est quum non paulatim, sed affatim, perinde ac si frāgereť, pars aliqua curuatur, subiectas partes omnes lædi necesse est. Paulatim vero facta luxatione, atq; in orbem magis, nihil notatu dignum patiuntur partes, quæ cōmotæ vertebræ supponuntur. Sed in obliquum luxatio,

Hippocrates

Lordosis

lædit oïno eas partes, ad quas neruî ex luxatis vertebris procedêtes, perueniunt. idq̄ magis in ceruice, ī thorace minus, sed multo minus in lûbis accidere solet. Siquidē in ceruice, vertebræ inter se connexæ, æqualiter vtræq̄ cōferunt foramini vnde neruus procedit. In thorace autē superior magis, inferior minus. Sed in lûbis, totus neruus ex superiori excidit vertebra, vbi si transuersa eueniat vertebrarū luxatio, eadē secū trahēs & spīnā & neruū, illesum seruat ipsius secundū naturā ortū. In ceruice vero, ex loco medio inter duas vertebras procedêtes neruî, per obliquas luxationes, in ea quidem parte, ad quam spīna ipsa deflectitur, opprimunt, in altera vero tendunt. Porro tēSIONES quidē, vbi ingens quoq̄ inflāmatio accesserit, cōuulsio comitat. Ad cōpressiones vero earū partiū, ad quas oppressus neruus peruenit, paralysis, id est resolutio, sequitur. Igitur nō ab re in ea angina cuius in præmissio sermone hīstoria narrata est, ad manus vsq̄ superuenit resolutio, vtpote procedentibus neruis ex fine ceruicis ad manus. Quippe sub ceruice thorax est, a cuius vertebris emergentes neruî, non ad manus, sed ad spacia intercostalia transmittunt, paucis qui ex primis procedunt exceptis. Igitur per eas quas nuper diximus vertebrarum luxationes, reliquæ faciē partes omnes, neq̄ in sensu, neq̄ in motu noxam subeunt. Porro genę dūtaxat sine mādibula læduntur, vt quæ a musculo latitudine, id est lato musculo, mouentur. Constat itaq̄ q̄ musculi quibus mouendi vis aduenit, per neruos, qui a ceruicis vertebris orti, in ipsis disperguntur, noxam non euadunt, si & spīnā, & prouenientes ab ipsa neruos, affectus quispiam infestauerit. Verum qui & quot sint huiusmodi musculi, ex neruorum qui a spīna oriuntur, dissectione didicistis. veluti alia quoq̄ cognitu necessaria accidentia, quæ sequuntur, vbi spīnæ ipsius vertebræ, vel in gibbū, vel concauum, vel etiam transuersum luxantur, ex secunda particula commentariorum, quos in librum de articulis edidimus, omnia cum proprijs demonstrationibus accurate conscripta habetis. Quorum summas in præsentia commemorasse operæ precium fuerit. Equidem nōnulla iam percurri. Superest itaq̄ vt ea quæ nondum tacta sunt, tractemus, vt nihil orationi nostræ deesse videatur. Porro scire debetis, verē tebras a suo positu luxari, aut ob casum, aut ictum, aut tumorem præter naturam, neruosa corpora, vertebris ipsis, atq̄ spīnæ insita, extendentem. Horum duo sunt genera. Alterum eorum quæ innascuntur, Alterum tumorū quorundam qui præter naturam accidunt. Quos Hippocrates vno vocabulo comprehendens cruda tubera nominauit. Igitur manifestum est, quod in præmissa conditione, quā libro secūdo de vulgarijs morbis descripsit, ceruicis vertebris adiacentes musculi, afficiebantur. potuit etiā tuberosus aliquis tumor accedere, ob quem concocta nonnullos scire dicit, facta videlicet tuberū cōcoctione. Cur igit̄ eos anginosos appellauit? an quia difficulter spirabant, nullo existēte vel in pectore, vel pulmone vitio. quippe hac in re differt anginę cōcursus, a peripneumonia, & laterali morbo, atq̄ ex eo q̄ angustię sensus in gutture est. Præterea in præfagiorū libro videt̄ anginę noīe appellare oēs affect̄ huic loco accidētes, quos spirandi difficultas comitat. Inqt

## GALENI DE LOCIS AFFECTIS

enim. Angina periculosissima est, celeriterque enecat, si neque in faucibus, neque in ceruice quicquam apparet, si dolor vehemens est, si vix spiritus trahitur. etenim eodem die iugulat, licet interdum usque ad alterum aut tertium aut etiam quartum protrahatur. Quae vero in reliquis, non minore quidem dolore afficit, in faucibus vero tumorem, ruboremque excitat, superiori non minus periculosa est, sed longius spacium habebit, praecipue si vehemens fuerit rubor. Sed tum praecipue malum prolongatur, quum non solum fauces, sed ceruicem quoque rubor occupat. Maxime vero potest ab ea secunda valetudo contingere, si rubor simul & ceruicem & pectus comprehendat, neque ad interna reuertatur erysipelas. Igitur ex ijs verbis haud dubia coniectura est, omnes affectus qui huic loco accidunt, si spirationem quoquo modo reddant deteriore, ab ipso cynanchas (id est anginas) nominari. Non dum solitis medicis cynanchen per K, synanchen vero per S, nominare, tantum abest, ut vel paracynanchen vel parasynanchen dicerent. Quippe tum primum homines res ipsas neglexerunt, quum nimio studio nomina quaerere inciperent. Itaque quatuor inuentis nominibus, quatuor affectus significari dicebant. Ac notas ipsorum scribentes, genus illud quod supra tractauimus, quum sermonem ex libro vulgariorum morborum secundo explicaremus, omnino dereliquerunt. Atque haec sunt quatuor eorum genera. Primum ubi fauces inflammantur. fauces voco internum oris locum, ubi simul conueniunt, & gulae, & gutturis partes extremae. Alterum cum neque fauces, neque reliquae oris partes, neque etiam externarum partium vlla inflammata videtur, laborans tamen suffocationis periculum in gutture sentit. Tertium ubi extrinsecus circa fauces inflammatio apparet. Quartum ubi gutturis partes, tum externae, tum interiores similiter affectae sunt. At superest adhuc aliud ceruicis affectus, quem ipsi silentio praeterierunt, ubi ad anteriores partes vertebrae luxantur, & quidem solis interdum musculis, qui cum ipsis communicant, tumore praeter naturam affectis, vel nato ibi tuberculo, interdum etiam gula pariter vitata. Nonnunquam musculis quoque, qui gulam gutturi iungunt. Quinetiam proprijs aliquando gutturis musculis, qui ipsum aperiuunt oblatis. Per omnes id genus affectus, spirandi quidem difficultas oboritur, sed citra suffocationis periculum, laborantes difficulter deglutunt atque dolore afficiuntur, idque praecipue, cum potus eis per nares resilit. Accidit etiam interdum ut excedente inflammatione, & lingua, & fauces, in tumorem attollantur, quemadmodum & Hippocrates ipse tradidit. Verum huiusmodi cognationum enarratio, proposito nostro nihil conferre videtur. Nam lingua affecta aliae quoque actiones deperdunt. ¶ At ubi vnica duntaxat actio laesa est, & sedes affectae plures, tum nostri instituti est, ut ex reliquorum accidantium varietate eas discernendo inueniamus. Quippe nullo spiritalium instrumentorum quoquo modo, neque primario, neque per consensum affecto, fieri minime potest, ut spiratio laedat. Quum itaque multa sint spirandi instrumenta, ac numerosa quoque partium multitudo, quibus ipsa consentire consueuerunt, non ab re multa discretione indiget is, qui & primario affectas, & consentientes se-

Noia quæri  
& res negle  
gi.

Angine quæ  
tuor genera  
Fauces  
quæ sunt.

Spiratio  
nis vitium

des, inuenire conatur. Igitur ex sola spirandi specie, illico non nihil, & de affecta sede, & de ipsa dispositione, conijcere licet. Quippe si videatur laboras, inter spirandum, totum mouere thoracem, ut in parte quidem anteriore, ad iugulum, in utroque latere ad ceruicem, in parte posteriore ad scapulas usque, motus ipsius ascendat, tres ex huiusmodi spiratione dispositiones significant. Vna est flamma in pulmone, atque corde caliditas. Altera in aliquo spiritalium instrumentorum angustia. Tertia est facultatis musculos thoracis mouentis debilitas. Quumque huiusmodi spirationem conspexeris, in primis arterie pulsationem perpendere oportet, haec enim quantum sit calor indicat. Atque de ijs in libro de praesagijs a pulsu, iam scriptum est. Deinde spirationem ipsam considera, an multa, an frequens, an exufflato fiat. Postremo thoracem in pectore tange, quem si ardentem inueneris, iam omnes copiosi caloris notas te habere non dubita. Quibus ex abundantia accedit, faciei, oculorumque rubor, capitis ardor, sitis vehemens, lingua arida, & salebrosa, dicente infirmo ardere sese. Vbi vero incendij signis modum seruantibus, thorax vehementer dilatatur, angustiam in spiritalibus instrumentis esse portendit. Itaque consideres oportet, an guttur sit affectum, an pulmo, an thorax ipse humoribus impleatur, an tubercula in ipsis nata sint, quo in genere etiam abscessus numerantur. Atque gutturis affectus, tum primarios, tum eos quibus per consensum infestant, iam percurramus. Pulmonis autem, thoracisque vitia, paulo post accuratius persequemur. Nam in praesentia spine duntaxat affectus tractare proposuimus, tum alios, tum illos qui ei per imbecillitatem vocatam accidere solent. Porro solet imbecillitas accidere, interdum cerebri vitio, utpote a quo, & sentiendi, & mouendi facultatem recipit. Interdum ipsa duntaxat spina primario affectu laborante, idque ob peculiarem intemperiem, vel totius spine, vel diuersis ipsius partibus aduenientem, quam vulgariu medicorum mentes nequaquam comprehendere valent, quam tamen creberrime videant laborantes quosdam adeo prostratos, ut vix digitos possint mouere, quibus omnibus thoracis partibus spiritus trahatur, nullo ardente calore ad magnam spirationem ipsos cogente. Id vero ob huiusmodi causas eis accidit. Nam dum quiescit animas, liberam spirationem, solum seipsum transuersum, modo valeant vires, efficere solet. Vbi vero ob infirmitatem, spirandi munus perficere non valet, tum intercostalium musculorum concurrat auxilium. Quod si praeterea maiori animal spiratione egeat, tunc superni musculi omnes, quorum maximi, scapulas secum manifeste mouent, ad spirandi actionem requiruntur. Quum itaque hominem spirandi opus omnibus thoracis partibus perficere videris, non fuerit tamen frequens spiratio, quantum thorax dilatetur perpende. Insuper & narium pinnas, etenim ipsae quoque & dilatantur & contrahuntur. Dilatatur autem thorax quidem, verum non similiter ut in ardentibus febribus, quum adhuc valent vires. Nam in ijs magna ex parte totus thorax dilatari consuevit. Neque etiam ut in illis, quibus id euenit ob aliquam spiritalium instrumentorum angustiam, ut in angina, atque in dyspnoea, quam fluxio affatim descendens induxit. Neque quibus ab utraque causa prouenit, ut in peripneumonia. Quippe hoc morbo

## GALENI DE LOCIS AFFECTIS

Secundus

affecti, & maxima & frequentissima spiratione vtuntur. Ceterum quemadmodum ob virium infirmitatem, ita ob vnus quoque particulæ particulare imbecillitate, omnes thoracis partes dilatari coguntur. ¶ Igitur Athleta Secundus nomine, qui satis quid pateretur intellegebat, sentire se manifeste in septo transuerso dixit imbecillitatem. Atque idcirco cogebatur intercostales musculos sine intermissione mouere, atque nonnunquam superiores quoque, interdum autem zonam circūdans præcordiorum partibus, sola transuersi septi motione, sufficienter spirabat, quo tempore quiescebat. Verum an ad septi transuersi musculum, an ad neruos qui ad ipsum perueniunt, an ad aggregatum ex vtrisque pertineat huiusmodi imbecillitas, mihi quidem explicatu perdifficile videtur. ¶ Idem spirationis genus etiam in alio quodam notavi, quem quum aliquando equus in præcordiorum regione calcitrasset, adeo atrociter, vt oborta in septo transuerso inflammatione, mortis periculum immineret. Is licet euaserit a periculo tutus, ab imbecillitate tamen liberari nequiuit. ¶ In alio etiam, qui a vehemēti peripneumonia infestabatur, brachij tam externæ, quā internæ partes, a cubito ad summos vsque digitos, sensus difficultate laborauerunt, atque motus quoque nonnihil læsus est. Huic præterea nerui, qui in primo atque secundo intercostali loco inueniuntur, noxam subierunt, quorum primus non contēndæ magnitudinis, per intimas partes abditus defertur, sed ei qui ipsum præcedit admixtus, atque multifariam diuisus, vt in arte secandi corpora videre est, cuius etiam partes aliquæ per interiorem cubiti regionem, vsque ad digitorum extrema perueniunt. Alter vero neruus tenuis quidem, nullique admixtus, per axillam sub cute ad brachium defertur, dispersus per cutis tam exteriores, quā internas partes. Huic homini celeriter sanitas reddita est, adhibito medicamento ei loco vnde nerui prodeunt, iuxta primum, ac secundum intercostale spaciū. ¶ Iam sanati sunt quoque nonnulli, quibus vtrunque crus paululum resolutum erat, adaptato lumbis medicamento, in eo spinalis medullæ loco, vnde cruribus nerui adueniunt, nullum resolutis cruribus medicamen adhibendo. Neque enim ipsorum sed medullæ proprius erat affectus. ¶ Vidimus alium, cui magna oborta supuratione in altera nate, iuxta cruris initium, nerui eiusdem cruris per incisionem nudati sunt, sed ea parte sanata, toti membro mouendi difficultas accidit. Itaque coniiciens durum quidpiam, a priori inflammatione in neruo derelictum, quod huiusmodi dispositionem induceret, affecto loco idoneum medicamen adhibendo, hominem perfecte sanauit. ¶ Quod autem de partibus faciei dictum est, id de reliquis quoque omnibus est intellegendum. Quippe vnica duntaxat pereunte actione, solum musculum, qui ipsam efficere solet, aut neruum ipsius, affectum esse putandum est. At vbi plures actiones vitiatæ sunt, non eodem in loco, accidit interdum, omnes eius musculos, a comuni aliqua causa lædi. fieri etiam potest, vt neruus aliquis, qui musculis illis communis est, afficiatur. ¶ Præterea piscator quidam, quum in fluuio pisces venare, adeo circa sedem, & vesicam infrigidatus est, vt ipso inuito efflueret & alui excrementa, & vrina. Atque hic quoque per calida remedia affectis musculis adhibita, celeriter sanus euasit.

Piscator

¶ Itē alius eisdē molestatus accidētibus, sine tamē manifesta causa, læsis cir-  
 ca os sacrū neruis, multo tēpore per multa præsidia, vix sanatus est. Igit̄ qđ  
 protinus ab inītio dicebā, illius nūc quoq; mentionē faciēdo, ad alia me di-  
 uertā. Etenim si ex arte quæ corpora secare docet, ad quā particulā descen-  
 dāt singulī nerui, a spīna prodeūtes, cognoueris, affectas sedes quā facillime  
 inuenies. Ex artis itaq; actionibus horū omniū examen re ipsa deprehēdi-  
 te. Nāq; sæpenumero vidistis ex huiusmodi notitia, manifeste iuuari labo-  
 rātes. Quippe nō solū crura, & manus temere ac frustra vulgares medici, to-  
 ta die noctuq; calidis medicamētis illinūt, prætereūtes locū, vbi vel spīna,  
 vel neruus aliquis ex ipsa emergens, læditur. Verū etiā caput cuiusdā, nō ita  
 pridē, ipositis medicamētis vehementer calidis, vlcerauerūt, putātes sensum  
 ipsius grauiter læsum, hoc pacto posse reuocari. Atq; hūc ipsum sanauimus,  
 inuēta sede affecta, tū ex reliquis accidētibus, tū ex euidentibus causis. Nā  
 super singulis interrogauimus. Quarū vna huiusmodi erat. Quū sub multa  
 pluuia ac vento impetuoso ambulasset, palliū circa ceruicem madefactū aie-  
 bat, adeo vt vehemētī se frīgore in ea parte affectum sentiret. Itaq; si sciueris  
 ex primis spīnæ vertebris, quatuor neruos ad caput ascendere, a quibus pel-  
 lis ipsum ambiens, sensum accipit, facile sedē affectam inuenies. Hac igitur  
 sanata, capitū quoq; pellis pariter sanata est, vtpote quæ nulla primaria affe-  
 ctione laborabat. Medici vero neq; huiusmodi neruos, neq; eos qui per sin-  
 gulas cutis partes dispersi sunt, cognoscentes, quibus præsentaneū sit eis reme-  
 dium, quod minime particulæ iuxta nerui inītiū adhiberi deberet, ipsi par-  
 tes illæsas multo negotio molestāt. Ego vero sæpenumero vos monui, alios  
 quidē in ipsa spīna veluti radicē habere, alios vero vt ex magnis ramis, atq;  
 ipsis quoq; e spīna exortis, procedentes, qui rursus diuisi, distribuunt. Atq;  
 alij per valde multas cutis partes, alij per pauciores. Quo magis miror disse-  
 ctōres ipsos, illos nō cognoscere, quū in neruorū resolutione quærūt, quā ob  
 causam resolutarū partiū nō semper & mot<sup>9</sup>, & sensus pereat: vidētes aliquñ  
 sensum dūtaxat, aliquando & sensum & motū simul deperdi. Arbitrantur  
 namq; neruorū, qui per musculos dispersi sunt, reliquias, ad cutem tendere,  
 quūq; diuisus per musculum neruus, affectus est, siquidem vehemens fuerit  
 vitium, & sensum & motum simul lædi, sin leuius fuerit malū, seruari qui-  
 dem sensum, vtpote qui non tantū roboris desideret, motū vero, eo qđ robu-  
 stis egeat viribus, perire. Interdū enim vnus musculus, vel totū crus, vel ma-  
 num mouet, ac proinde viribus indiget, qui si ita afficiatur, vt munus suum  
 perficere nequeat, membrū ipsum immobile relinquit. sentiendī vero facul-  
 tas partiū affectiones discernēs, illæsa tūc permanet, vt qđ nō ita validis egeat  
 virib<sup>9</sup>, quippe nihil minus, imo magis etiā, pati possunt, partes quū debiles  
 fuerint. efficit enī imbecillitas, vt facilius affectio a sensu dinoscat. Igit̄ ratio  
 ipsorū i huiusmodi qđ neruorū resolutione pbabilis esse potest. Vbi vero de  
 perdita sentiendī facultate, motus nō perit, nōnulli qđ adeo vanas adduxe-  
 re rationes, vt satius fuisset eos cōticescere. nōnulli vero cognita huius quæ-  
 stionis difficultate, non grauati sunt dicere huiuscemodī paralysis speciem,  
 f. iiii.

Sensus  
Motus

Sensus amif  
sus motu in  
columni

qua seruato motu sensus perderetur, neminem vnquam vidisse. Sane qui arroganter sibi sectæ alicuius principatum vsurpant, artis vero opera nunquã in exercitationis vsu duxerunt, ijs nihil tam difficile videtur, quod non intrepide profiteantur. Verum magna ex parte mentiuntur, atq; vt scribunt nonnulla, perinde ac si ipsa frequenter conspexerint, quorum tamen ne somnia quidem vnq̃ viderunt, ita plurima nunquã videri aiunt, quãuis creberime conspexerint.

De sanguinis sputo.

Caput. VI.



**A**tq; conuenit quidem inter medicos, sanguinem e gula ventriculoq; vomitione, ex spiritalibus partibus tussi, ex faucibus & gurgulione sreatu, ex ore simplici expuitione expelli. Nos vero sanguinem, qui a cerebro, ad gurgulionis partes internas, vt ad fauces affatim descendebat, tussiendo educi sæpenumero conspeximus, quippe subito gutturi irruens, tussim mouere potest. quare diligenter aduertere animũ oportet, ne aliquando huiusmodi sanguinem, ex spiritalibus instrumentis ascendisse putemus, exemplo illorum medicorum, quos equidem noui non recte erroris accusare præstantissimos medicos, quum ipsimet errarent, credentes huiusmodi sanguinis eruptionem esse quã periculosissimam, vtpote pulmone vehemeter affecto. Neq; enim par est, exigua vena dirupta, tantũ effluere sanguinẽ. Cæterum contingit plarũq; vt vel erosa, vel exesa, vel vtrũq; nominare volueris, vena sanguis affatim tussiedo eiiciatur. Quũ enim retroactis tẽporibus, quis ex nõ ita multis interuallis, quotidie sanguinem tussiendo expuere cõsueuerit, superueniatq; ei postea multi sanguinis inter tussindũ eruptio, & quidẽ neq; ab alto cadenti, neq; in certamine, neq; palestra grauiter vulnerato, neq; etiã sub vilo graui põdere oppresso thorace, reliquũ fuerit, vt cõiciamus, ob auctã erosionẽ, plurimũ sanguinẽ inter tussindũ fuisse reieiectũ. Atq; non pauci sic affecti, pulmonis quasdam particulas simul cũ sanguine eiecerunt. Quocirca diligenter considerare oportet, an spumofum quidpiã simul educatur. Id enim efficacissimum fuerit indicium quod ex pulmone facta sit excretio. Haud secus si bronchi pars quædam, aut arteriæ, aut venæ tunica, aut etiam pulmonis ipsius caruncula eiicitur. Quippe nihil horũ accidit ijs, qui ex thorace sanguinẽ tussiendo producunt. Ac ne dolor quidẽ infestat eos, quibus a pulmone sanguis erumpit, vtpote qui duos nervos perq̃ tenues, a sexta neruorũ a cerebro ortorũ cõiugatione recipit, extrinsecus per mēbranam ipsum continentẽ dispersos, qui intrinsecus haudquaq; per visceris profunditatẽ extenduntur. Verum thoraci (vt scitis) multi ab internis, multi etiã ab externis partibus, adueniunt nerui, quibus facile dolores percipi possunt. Præterea thorax musculis, ossibusq; abundat, pulmo vero laxus est, atq; ab afflictione tutus. Proinde thoracis dolores intensiores sunt, pulmonis remissiores. Quũ igitur dolente thoracis parte quapiã, sanguinẽ quis spuẽdo reiecerit, neq; multũ, neq; rubrũ, sed nigri-

Bronchos.



cantē, grumosumq̃, huic thorax primaria affectiōne infestat. Sanguis autē ex  
 pulmone educit, eo modo quo pus in suppuratis affectib⁹, ubi videlicet in-  
 ter thoracē & pulmonē, sensus iudicio cōtineri percipit, haud secus quā in  
 pleuriticis quoq̃ sputū quomodolibet coloratū apparere solet, quēadmodū  
 in quinto huius commentationis libro vtcunq̃ dicemus. ¶ Consequens est Pulmonis,  
 vt de vlcēribus quæ sanguinis reiectioni superuenire consueuerūt, deinceps Vlcera.  
 dicere aggrediamur. Ea in pulmone creberrime fieri possunt, ac curationē  
 (vt quibusdā videtur) nequaquā admittūt, aut (vt alij putant) difficulter ad-  
 modum sanantur. At in thorace dirupta vasa, a quibus sanguis expuitur, Thoracis,  
 magna ex parte cōglutinantur. Nunq̃ enim huiuscemodī vlcera, vel diutur Vlcera.  
 na, curationi omnino resistūt. Quæ vero in pulmone longo iam tēpore per-  
 manserunt, quibus aliquando curentur, relinquūt tamē in ipso res quædam  
 callosa, fistulosaq̃, quæ tractu tēporis, a leui occasione expelli solet. Atq̃ cū Ephelcis,  
 ijs quæ inde expuuntur, miscentur ramenta a medicis vocata, ac cruoris exi Ramētum.  
 gua quædā guttula, qua in re, cum vlcēribus in alijs sedibus genitis, com-  
 municant. Verum ex gula ventriculoq̃, vomitu, ex renibus & vesica, cum  
 vrina, ex intestinis vero, deiectione excernuntur. Sed ex spiritalibus in-  
 strumentis, nihil sine tussi expui potest. Quod si pluribus deinceps diebus  
 aliquis cruorem & screauerit, & emunxerit, idq̃ citra capitis vel dolorē, vel  
 grauitatem, siue præsentē, siue præteritam, neq̃ is ex ictu procedat, Huius  
 & totum per nares meatū, atq̃ eam oris partē, qua ad nares foramen tēdit,  
 accurate considerare oportet. Nam fieri potest huiusmodi accidēs, hīrudine Hīrudē.  
 huic loco adherente, quæ quidē in dies augeri solet, quibus enim primis die-  
 bus, vtpote exigua, sensum effugiat, tertio tamen, quartove die, haud obscu-  
 re videri potest. Eadem ratione ex vētriculo quoq̃, cruor epota sanguisuga  
 euomitur. sed est huiusmodi cruor tenuis sanieiq̃ speciē refert, siue is ex ven Cauē ne  
 triculo, siue naribus, siue ex ore feratur. Igitur cū talem videris, ac hominis hic per san-  
 cōsiderato habitu, super præteritis eū interrogaueris, ex omnibus, rei ipsius niē pus in-  
 veritatem facile conijcies. Equidem quum viderem hominem, integra vale- tellegas, sed  
 tudine, huiusmodi cruorem euomentem, interrogauī qua victus ratione an id qd a græ-  
 tea fuisset vsus, ille vero inter alia quæ narrauit, hoc quoq̃ addidit, quod cis ichor a  
 quum nocte quadam sitiret, misso puero qui aquam afferret, ex immundo barbaris vi-  
 fonte bibisset. Quibus auditis, sciscitatus sum, apparuissent ne aliquando rulentia di-  
 sanguisugæ in ipso fonte, qui quum id quoq̃ fateretur, epoto subinde ido- citur.  
 neo pharmaco, hīrudinem vomitiōe reiecit. ¶ Porro quum alius quispiam  
 huiusmodi cruorem emungeret, & expueret, ipso narrante audiui, eum ru-  
 re, æstatis tempore, in stagno quodam, cum cæteris inuenibus iuuenili lu-  
 do, qualem adulescentes in aqua ludere solent, exercitatum, tum ego sciens  
 in eo stagno sanguisugas esse, duxi laborantem ad splendorem, conuersoq̃  
 directe ad solis radios narium foramine, in eo meatu ubi nasus ad oris re-  
 gionem perforatur, hīrudinis in meatu latentis caudam conspexi. Has igitur  
 historias, vtpote perquam conducibiles, vobis narrare operæ precium  
 duxi.



Loquela.

Recurrētes  
nerui.

Angina.

**Q**uod in proposito sermone, lesionē putare oporteat, etiam si nō penitus tota partis actio secundū naturā deperditur, sæpenumero iam diximus. Nec ab re fuerit id in præsentia monuisse. Præterea (quī non ignoretis, monitos vos velim, non eandē esse rem, vocē & sermonē, siquidem vox vocalium instrumentorū munus est, Loquela vero, eorum quæ sermoni deputata sunt, Inter quæ lingua principatū obtinet. cui nō parum conferunt, & nares, & labra, & dentes. Sic etiā vocis instrumenta sunt, guttur, & musculi ipsū mouentes, atq; nerui, qui a cerebro ipsis vim deferunt. Igitur si vel claudētes, vel aperiētes guttur musculi immobilis reddantur, qui sic afficitur obmutescet. vbi vero, vel difficulter mouentur, vel palpitant, aut tremunt, pro affectionis ipsius modo, vox ipsa lædetur. Similiter, si vel cōuellēdo, vel quatiēdo, mouētur, aut vbi imbecillē sunt ipsis vires, siue ob suā ipsorū, siue ob neruorū ipsos mouentiū affectionem, obscurā efficiēt vocem. Quod si alius quispiam ex mouētibus guttur musculis, quoquo modo afficitur, lædetur quidē vox, sed parū erit vitium, atq; sic affectus, neq; obmutescet omnino, neq; ita exiguā habebit vocē. Igitur vt ex musculis guttur mouentibus, præcipui habentur, ij qui ipsū & aperiunt, & claudūt, ita ex vocalibus neruis, ij quos recurrētes vocāt, qui & ipsi sextæ coniugatiōis pars sunt, neruorum, qui a cerebro oriuntur, quēadmodum & alij, qui quidē per ipsū dispersi differūt ab illis, eo quod a neruis sextæ coniugatiōis non in ceruice, sed cum ad thoracis regionē peruenerint, separātur. Nullus itaq; tam ineptus dissector est, qui sextā coniugatiōem totam secet inuitus, quī recurrentes nerui ob imperitiā nonnunq̄ diuellantur. Accidit vero interdum in magnis asperæ arteriæ vulneribus, vt vna cum ipsa arteria, vel alter, vel vterq; incidatur. Porro per chirurgiam quoq; infrigidati, tantisper vocem impediēt, donec calefacti, naturalē temperiē recuperauerint. Quin etiam vitari vocem haud obscure cōtingit, quum vel acutior, vel maior redditur, ob id quod fauces a suis musculis nequeant intendi. Item grauissime læditur vox, vbi membrana, quæ faucibus & gutturi cōmunis est, multa humiditate rigatur. Quod etiam fluctiones eadem ratione vocē raucam efficere possint, nemo non intelligit. Vehemens quoq; exclamatio, similiter vocem afficit, vtpote quæ similem inflāmatiōi circa iam dictam membranā, atq; gutturis musculos, parit affectū. Cæterum quū gutturis interni musculi inflāmantur, eum affectum, anginā esse cōstat, quæ simul & vocem, & spirationem lædit. Ac idem quoq; in vniuersum facere solent omnes præter naturā tumores, siue in spiritalibus vijs exoriātur, siue extrinsecus ipsas cōprimāt. Sic enī gula quoq; vbi inflāmatiōe affecta est, vt cōprimat asperæ arteriæ tunicā, qua cartilaginū ipsi⁹ partes extremę sigmoides vocatę (id est quę figma literę figurā referūt) cōiūgūtur, & spiratiōi, & voci noxā afferre cōsuevit. Haud absimile quoq; vitium inducit, vertebrarū ceruicis i anteriorē partē

luxatio, sed de his iam antea dictum est. Igitur omnes huiusmodi affectus voci adueniunt, proprijs ipsius instrumentis familiari aliquo vitio, siue primogenia affectione, siue per consensum laborantibus. Nam id ad propositum sermonem nihil conducit. ¶ Sunt præterea alij affectus, cū peculiari sua materia priuatur. Atq; in cōmentarijs de voce dictum iam est, quod propria huius actionis materia, generatim quidē loquendo, est expiratione. secundum speciem vero, atq; propriā differentiam, exufflatio, quæ quidē est, quum affatim spiritus foras effertur, intercostalibus musculis ad hanc actionē concurrentibus. Vnde fit, vt per vehementia thoracis vulnera, atq; omnino ipsius in altera parte resolutionē, in primis quidem semispirans, ac mox animal semiuocale euadat, idq; per accidens. In apoplexia vero, sopore, morbo comitiali, vigilantī sopore, cōmuni ratione earum actionū quæ ab impetu & voluntatis imperio procedunt, vocem lædi contingit, siue spinæ partes primæ, siue simul cū ijs cerebrū quoq; afficiatur. His itaq; quinque inter se cōsequentiā quadā conuenientibus, expiratione, exufflatione citra strepitū, strepenti exufflatione, voce, loquela. si earū prima lædatur, reliquas omnes lædi necesse est. vltima vero læsa, reliquæ haudquaquam læduntur. At cū secūda, tres reliquæ læduntur, cum tertīa, duæ vltimæ, cū quarta vero, sola postrema læditur. Etenim si nihil omnino spiraret animal, vel ex vtrisque thoracis partibus, vel ex altera parte duntaxat, & quidem si ex vtrisque, celerrime suffocabitur, si ex altera tantum, semispirans, atq; semiuocale reddetur, perdetq; simul reliquarum deinceps duarū actionum partē dimidiā. Quarum alterā exufflationem citra strepitū, alterā vero, strepentē nominare cōsueuimus. Quod si expiratione seruata, corrūpatur exufflatio, reliquæ tres actiones, strepens exufflatio, vox, & loquela, simul corrumpentur. Sicut voce pereunte, loquelam quoq; perire necesse est. Cū itaq; dictarū actionum opifices musculos cognoueritis, superest considerare, qui ex ipsis proprio affectu laborent, & quorū actio lædatur per accidens. Quod si quidpiā eorū, quæ ex corporum dissectione vidistis, obliuioni tradideritis, admonebunt vos, ij quos de respirationis causis, atq; de voce perscripsimus, cōmentarij. Atq; de his ipsis, in secundo libro de viuorū dissectione, etiā dictum est. Sane expirationē faciunt, vniuersi thoracē contrahentes musculi, Exufflationem, quæ vehemens expiratione est, intercostales maxime, Strepentem exufflationē, ij qui in faucibus sunt, Vocem vero ipsam, gutturis musculi efficiunt. Sed lingua articulatim vocem distinguens, loquendi vsum præstat. atq; non nichil ad hanc rem conferre videntur dentes, labra, narium foramina, palatū, gurgulio, præterea mediocri linguæ ipsius vinculū. Itaq; balbis blesisque atq; alijs qui impedita sunt loquela, loquutionis instrumentorū aliquod, aut cū natura ipsam formaret, aut postea, lædi certū est. Veluti quū vel polypus, vel aliud quidpiā nariū foramina obstruit, aut ex primis detibus aliq; deperditus est, aut vbi labia fuerit mutilata. Verū quo pacto quidā tenuē obtineāt vocē, ac præterea quomodo aliq; vocis, tū differentie, tum affectiōes, fieri possint, vt rauca, resonans, tenuis, aspera, obscura, in cōmentarijs de voce sufficienter diximus.

Balbi  
Blesi.

Quibus notis sedes affectæ in dyspnœa deprehendatur. Cap. VIII.



Atque de dyspnœa (id est difficili respiratione) iam antea, ubi spiratæ passiones percurramus, multa dicta sunt, quorum in presentia meminisse operæ precium esse ducens, ea quæ ad huiusmodi contemplationem desiderari possunt, subiungere decreui. Itaque in uniuersum expedite vos meminisse uelim, musculorum thoracem mouentium, neruorumque, qui ad ipsos perueniunt, quos in corporum dissectione uidistis. Igitur introeuntes ad hominem difficulter spirantem, in primis considerate, an omnes thoracis musculi moueantur, an soli intercostales sine superioribus, atque an simul cum intercostalibus præcordia quoque moueantur. Quum itaque conspexeritis omnes moueri, unam ex tribus, quas dicemus, causis, huiusmodi motionem efficere putandum est. ac deinde quæ sit illa, quæ nunc infestat, perpendere oportet. Quod si non omnes mouentur, aliter definire. Subijciamus igitur aliquem omnes simul mouere musculos, ut pectus, una cum scapulis manifeste subleuetur. In hoc ex tribus unum aliquod coniungere necesse est. Aut uirium imbecillitatem, aut uiarum spiritus angustiam, aut uehementem in corde & pulmone calorem. Quis interdum duas, ac nonnunquam (licet raro) tres quoque ex iam dictis causis concurrere possint. Atqui tribus quidem simul conuenientibus, proximam mortem timere oportet, ubi uero duæ fuerint, difficile est egrum seruare. Sed una duntaxat infestante, peculiari opus est finitione, ut sciatur, utrum ad sanitatem perueniet eger, an sub malo succubat. Igitur ubi uires duntaxat fuerint infirmæ, ad tria mouentium musculorum genera venire, eosque omnes ad motionem excitare solent, uno genere mouere pectus nequeunte. Quippe si septum transversum solum, ueluti quum secundum naturam se habet, sufficienter mouere posset, neque intercostalibus, neque superioribus musculis indigeret, quoniam uero imbecillum est, omnes sensim mouet, sed neque frequentem, neque raram omnino facit actionem. His igitur adhibenda est mens, nam cetera haud difficulter per ea discernuntur. Sane plurimum aucto in spiritalibus instrumentis calore, omnibus quidem thoracis musculis agit animal, sed uelox, frequens, & uehemens, est eorum actio, quando uidelicet contra uirium imbecillitatem, calor infestat. At uirium imbecillitatem, ubi flammæ calor non accesserit, neque uelox, neque frequens omnino comitatur motus, proinde non ita multum, omnes thoracis partes dilatare potest. Quippe hoc dyspnœæ genus, cum ea quæ ob nimiam incensionem facta est, unum commune habet, quod omnes thoracis musculi per ipsam agere coguntur. Quinetiam ubi ob plurimum calorem spiratio difficilis est, præter magnitudinem, frequentiam, & celeritatem, hoc quoque accedit, quod calidus, feruensque spiritus, exufflando producit, ubi per uirium imbecillitatem, nulla ab ore facta exufflatione, ex solis naribus emitti solet. Quod si per inspirationem cuiusdam narium pinnae manifeste contrahi uideantur, id uero efficax prostrati roboris indicium est. Ob spiritalium uero instrumentorum angustiam, totus quidem thorax magna ex parte, & celeriter, & frequenter dilatatur, sed qui sic laborant

Difficilis spiratiois causa.

exufflare omnino non consueuerunt. Si vero simul conueniunt in spiritalibus instrumentis, & calor, & angustia, vt in peripneumonia, tum neque maxima, neque frequentissima, neque etiam celerrima spiratio sufficere potest, sed surgere tetant sic laborantes, etenim sentiunt hoc pacto thoracem facilius dilatari, quippe qui decumbentibus in sese concidit, eo quod pectoris partes ad spinam declinant, qua erecta thorax etiam simul fertur, non amplius seipsum grauans. Ac similiter quoque respirare solent, ij quibus asperæ pulmonis arteriæ plurima defluetione opplentur, aut vbi ex proximis locis in ipsas aliquid deriuatum est, a superioribus vero vnica duntaxat re differunt, quod neque exufflant, neque calidum spiritum emittunt. ¶ Sic etiam ijs, quibus inter thoracem pulmonemque magna puris quantitas collecta est, quos suppuratos vocant, totus thorax attollitur, sed neque calidus est ipsorum spiritus, neque etiam exufflando emitti solet, nisi adurens fortasse febris accesserit. Verum ij celerrime suffocantur, tum ob affectum ipsum, tum quod vires omnibus suppuratis ex necessitate imbecilliores redduntur. Sed non necessario in fluctionibus quæ ad pulmonem irruunt, aut peripneumonia, aut asthma (id est anhelatione) robur prosternitur. Nam contra per anhelantes affectus, crassis & viscosis humoribus pulmonem impactis, vires robustæ, constantesque permanere possunt. Atque si tuberculum, coctum difficile, aliquando in ipso natum fuerit, thorax maxime quidem dilatabitur, sed non ita multum inspirabit aerem. Ac licet continenter spirare cogatur, non tamen exufflare solet, id enim aucti caloris proprium est. ¶ In eandem dyspnoeæ speciem, sed alia ratione, labuntur, ij quoque quos angina molestat, ob angustiam quæ non sit in concavitatibus, quæ in inspirationem suscipiunt, sed in ijs quæ ipsam transmittunt. Quibus vero, & abscessus, & inflammatio, atque humorum plenitudo, in thoracis aut pulmonis cauernis consistit, nulla obstructione accidente in gutturis atque asperæ arteriæ concavitatibus, illis videlicet quæ inspiratum aerem suscipere solent, si tum angustia constringat, ex necessitate sequetur magna thoracis dilatatio, sed non ita multus trahetur spiritus. Proinde laborantem & celeriter, & frequenter spirare necesse est. ¶ Præ omnibus autem vos meminisse velim, magnæ respirationis geminas esse differentias. fit enim interdum ob dilatationis a thorace procedentis magnitudinem, interdum vero ob inspirati aeris multam essentiam. Scitis nimirum quod sæpenumero vos admonere soleo earum rerum, quæ a prioribus omisse sunt. Nam quas ipsi persequuti sunt, earum propter scriptorum multitudinem, facilis atque in promptu est memoria. Sunt nonnulla quæ neque ab Hippocrate (quamuis accurate de dyspnoea scripserit) definita sunt, neque ab villo posteriorum ea quæ ipse reliquit, elaborata discussaque sunt. Atque idcirco necessarium esse putauim, creberrime illorum vos admonere. ¶ Igitur quicumque sine inflammatione, vel omnino sine aliquo præternaturam tumore, aut angustia spiritalium instrumentorum, per febres arden-tes, difficulter spirant, ijs inspirati aeris quantitas, magnitudini dilatationis thoracis, proportione respondet. Quibus vero vel tumor vel angustia sine flammæ calore in spiritalibus est, in his thoracis quidem dilatatio maxi-

Suppurato-  
rum respi-  
ratio.

Tuberculū  
i  
pulmone.

Angina.

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

ma est. id vero quod inspiratur, non solum dilatatione proportionem non assequitur, verum etiam minus quam secundum naturam inspirari solet, attrahitur. At sine distinctione, unam dispositionem ostendit magna thoracis dilatatio, si raritatem simul acceperit. Verum animaduertere oportet ne aliquando in hac decipiamini, putantes eam inspirationem, quae ob virium imbecillitatem omnibus agentibus musculis efficitur, eandem esse cum magna. Quam equidem, quo clarior esset interpretatio, sublimem vocare volui, nam tum in animum venit, ut perpendere Hippocratem sublimem vocare spiritum, eum qui altioribus thoracis partibus inspiratur. Quemadmodum quum inquit. Magnus spiritus & ex longis intervallis, delirium declarat. Constat eum, magnum pro multo dixisse. Is vero bifariam fieri potest, vel sine superiorum musculorum actione, vel ipsa quoque concurrente. Nam plerumque intercostales musculi, una cum septo transverso, ad multam thoracis elevationem qua multus spiritus alliciatur, superiorum musculorum auxilio non indigent. Quod vero huiusmodi elevationis species, delirium portendat, in commentariis de dyspnoea iam ostendimus, ubi etiam cuiuslibet difficultatis anhelitus dispositio, declarata est. Nunc vero, ut copiosius quodammodo hic explicamus eos affectus, quos in alijs antea commentarijs iam percurramus. Ita & de dyspnoeae differentijs, partim quidem dictum est, partim vero in sequentibus dicemus, Nam magnarum respirationum, alia quidem crebra est, atque huic sunt differentiae coplures, quarum aliae alias dispositiones indicant, Alia vero rara, univocam indicans dispositionem. Sic etiam de exigua dicendum est, quae rara quidem spiritalium instrumentorum frigiditatem, frequens vero non solum spiritalium, sed eorum quoque quae cum ipsis moventur, ut hepatis, lienis, ventriculi, gulae, laborem portendit. ¶ Quum igitur plures sint dispositiones, quas per vehementes motus dolor comitatur, ex alijs notis, & considerandum & definiendum est, siue inflammatio quaedam, siue erysipelas, siue ulcus, siue abscessus dolorem efficiat. Quinetiam didicistis quae inaequales intemperantiae, dolores excitare saepenumero solent. Similiter spiritus crudi flatuosique copia, qui arctatus aliquando, partes ipsum ambiens distendit, aliquando vero violenter egreditur. Praeterea calidi & acris, aut frigidi & lenti humoris abundantia, si aliquando retentus succus, ambientia corpora distendat, aut inde violenter exeat, dolores efficere potest. quod si gravius affecta fuerint instrumenta, in quibus huiusmodi res continentur, dolent, vel non mota. si vero leuior fuerit affectus, quando moventur. Verum in libris de dyspnoea, causam explicauimus, cur exiguae inspirationis, frequens quidem spiritus, motorum per respirationem instrumentorum, laborem significat. Rarus vero, vehementem refrigerationem, & quidem spiritalium duntaxat, praecipue pulmonis, & cordis. Est etiam alia dyspnoeae species, quum veluti breui quadam quiete, intercipitur opus thoracis, idque nonnunquam aspirando, nonnunquam vero respirando, siue hoc accidat ob musculorum thoracis conuulsionem, siue ob caloris copiam, cogentis laborantem continenter vel aspirare, vel respirare. ¶ Est insuper alius inspirationis affectus, quem apnoeam (quasi non inspirationem dixeris) nominant, nulla, ut aspicientibus videtur, facta spira-

Sublimis re  
spiratio,  
Hippocra-  
tes.


Dolor.

Apnoea.

tione. Verum vt rei ipsius natura declarat, eam non fieri incredibile est. Nā impossibile videtur vt animal omni spiratione exacte priuatum, in vita seruari possit, quibus ea animalia quę in cauernis latere consueuerunt, thoracem mouere videantur minime. Proinde duorum alterum conijcere oportet, aut adeo exiguam fieri spirationem, vt sensum effugiat, aut huiusmodi animalia tunc spiratione omnino non indigere, sed eam transpirationem, quę per vniuersum corpus fit, sufficere. quippe hanc, cor ipsum per arterias efficit. Transpiratio. Respirationem vero, per thoracem cerebrū efficere constat. At vero dispositio, quę apnoeam facere potest, omnibus animalis partibus cōmunis esse videtur, veluti in apoplexia, sopore, morbo comitiali, catalepsi. Nā in his omnibus, nullus proprius affectus, spiritalia instrumēta præ ceteris infestat, nō magis quā vocis, aut locutiōis, aut progressiōis instrumēta. sed affecto principio, oīa quibus vires suę per quas reguntur ab ipso suppeditari cōsueuerūt, ei cōsentire necesse est. verum de apnoea iam & particulatim, & per se diximus. quamobrem tempus est, vt nunc ad alia transeamus. Respiratio.  
Apnoea.

¶ De pulmonis affectibus.

Cap. IX.



igitur quum exercitationis via, qua ad affectorū locorum notitiam peruenitur, duplex sit, altera quidē ab apparētibus accidētibus, altera vero a corporis partibus, si quis per vtrasque voluerit exercitari, eadē bis dicet. quibus alio & alio modo, vt de pulmonis cōfestim affectibus dictū est, vbi de dolorū ratiōe, de sanguinis reiectiōe, ac de dyspnoea diximus, atque in presentia quoque dicemus. Pulmonis affectus.

¶ Etenim vehemēti dolore nunquā cruciatur, verū & grauitatis sensum, & aliquādo extentionē quandā, vel ad pectus, vel ad spinam percipere potest. ibi enim membranę ipsum ambientes suspenduntur. Sæpenumero etiam angustia molestantur laborātes, atque ob hoc crebro, celeriterque spirant, ac thoracem vehementer attollunt, sed non ita multum aerem attrahunt. Hęc si citra febrem acciderint, aut tuberculū, aut lentorum, crassorumve, aut multorū humorum plenitudinem, in eo existere, aut pus, aut alium quendam humorē, vel lentum, vel crassum, vel multū, in ipsum effusum fuisse declarant. Verum ea per præterita accidentia discernere licebit. Namque si quis per bonam valetudinem, quum solitas actiones facere potest, sic difficulter spirare incœperit, augeaturque accidēs, neque inter respirandū stertere videatur, crudī tuberculī ortum suspicari oportet. Si vero stertendo strepitum fecerit, lentorū, crassorumque humorum pertinaciter impactorum, multitudinem, pulmonis bronchia molestare indicium est. Pulmonis affectus. Quod si illico ab angustię sensu, quis difficulter spirauerit, fluctionē vel a cerebro, vel a vicinis sedibus, in pulmonē irruentem portendit. Sed quum fluentibus in pulmonem, vel viscosis, vel crassis, vel multis humoribus, hominem difficulter spirare dico, in bronchijs eos cōtineri, intellegas velim. Vt enim in totū viscus, leuis arteria diuiditur, ita etiam bronchiorum essentia, in totum pulmonem, ab aspera arteria procedit. Vocantur autem a dissectoribus bronchia, asperę arteriæ cartilagines, sigma literę figurā referentes. At vbi pleu

Tuberculū  
pulmonis.

Bronchia.

ritis præcessit, mox remissa febris vehementia, intrinsecus laterum grauitas in imo thoracis derelicta sentitur, ac ubi quis affatim a decubitu transmutatur, idque maxime si ab vno latere in aliud se conuertens, defluere aliquid sentiat, puris multitudinem ibi contineri, haud dubia coniectura est. Quinetiam in ijs fluctuatio sepe numero, haud obscure auditur. Accedit ad iam propositas notas, hoc quoque indicium, si vehementi prægressa pleuritide, nihil pene laborans expuerit. Si vero citra febrim, serosus, aut pituitosus humor, in thoracis spacium subito defluens, spirandi difficultatem excitauerit, laborans, tenue sputum, idque ab initio quidem exiguum, sed cum vehementi tussi, ubi vero concoctum est, plus, atque crassius, & cum mitiore tussi, expuere solet. Quippe bifariam accidere potest, ut vehementer tussiendo, pauca quis expuat, alij enim ob lentum crassumve humorem, alij ob tenue, id facere videntur. si quidem tenuis humor, quum subleuatus est, inter tussendum a spiritu diuisus refluat. Lentus vero, aut omnino crassus, difficulter effertur, utpote qui non tam facile a corporibus quibus impactus est, abstergi, neque etiam a quauis occurrentis spiritus violentia, impelli potest. nisi enim spiritus qui tussiendo effertur, & multus, & vehemens fuerit, nihil secum educet. Igitur sputum, quod neque liquidum, aut aquosum admodum fuerit, neque crassum etiam aut lentum, id facile efferri solet, maxime ubi valide fuerint vires. Etenim sine vehementi thoracis contractione, vehementer tussire nemo potest. At sine valida tussi, crassos, lentosque humores, efferri impossibile est. ¶ Igitur quando cum spirandi difficultate, cui & angustia, & grauitas coniuncta est, acuta quoque febris inciderit, is affectus inflammatio pulmonis est. At si intolerabile fuerit incendium, angustiae vero, grauitatisque sensus minor, erysipelas ipsum vexare censendum est. Extremis autem ita definitis, quid sit erysipelas phlegmonodes, aut inflammatio erysipelatodes, haud difficulter deprehendetur. Sunt alij pulmonis affectus ubi citra humorum affluentiam intemperies ipsum infestat, siue equalis ea fuerit, siue inaequalis. Igitur inaequalis, tussim excitat, aequalis vero, si moderata est, spirationis concinnitatem variat. at si vehemens, idque vincente calore, frigidi aeris, atque potationis, cupiditatem inducit, ac tractu temporis finitur in febrim, per frigidam autem intemperiem, contraria euenire solent. quippe si modum seruauerit, calidi aeris, ac calidae potationis desiderium excitat, si vero modum excedit, replet viscus ipsum fluctationibus. ¶ Caeterum de ea tussis specie, qua sanguis ex ipso reijcitur, vel exeso, vel rupto vase aliquo, vel ore alicuius venae patefacto, antea ubi de sanguinis sputo mentionem fecimus, iam dictum est. atque nunc quoque pauca quadam dicemus. Porro ruptiones in ipso deprehendes, tum ex multo sanguinis fluctatione, tum ex magna, notabilique aliqua causa quae præcessit, si subito aduenerit. Voco autem præcedentes causas, ut quum aliquis ex alto, vel in ludo, vel certamine ceciderit, aut quum alter super alterum cadit, aut ubi ex inanimatis corporibus aliquod graue, ut vel lapis, vel lignum, thoracem laesit. Nonnullis ira cum exclamatione præcessit. Quinetiam citharcedis tragœdisque certantibus, aut acuta vehementique voce clamantibus, vasa interdum

Pulmonis i  
inflammatio

Præcedens  
causa.



dirumpuntur, maxime ubi non præmissa pulmonis per præcedentes exclamationes lenitione, violenter clamare conantur. Vt enim luctatoribus, si certamen aggrediantur, musculis prius, neque calefactis, neque per frictiones, aut moderatas motiones, explanatis, partes quedam rumpuntur, atque conuelluntur, ita etiam pulmonis accidere solet. Hunc, quia frictionibus ad vehementes motiones preparare non licet, per exclamationes, quæ frictionibus proportionem respondent, id efficere studemus. Insuper nulla manifesta extrinsecus adueniente causa, ut in ceteris corporis particulis, ita in pulmone quoque vas aliquod ob sanguinis abundantiam diripi potest, quum videlicet extensioni resistit, aut ob frigus a vicinis partibus contractum, aut ob innatam intemperiem. Ita Hippocrates venas ( inquit ) frangit aqua frigida. atque ipsa per se eruptiones non facit, sed quia venarum tunicas frigiditate sua duras, & extendi contumaces reddens, ut rumpantur paratiores efficit. Ruptionis vero causa est, aut vehemens motus, aut humorum abundantia, qui vel per se vel vna cum crudo & frigido & flatuoso spiritu, venas extendunt. Verum fractionis ab huiusmodi haud obscurum indicium præbet, subita plurimi crucoris vacuatio. ¶ Quum vero venarum ora aperiuntur, non frigide, sed e contrario, calidæ dispositiones præcedunt, veluti ubi multis, eisdemque calidis balneis, homo utitur, atque terram inhabitat calidam, fueritque anni tempus eiusmodi, similiter alimenta quoque, & potiones. ¶ At quæ eroso vase aliquo affatim accidunt sanguinis euacuationes, eas præcedere solent exigua sputa, atque acres in pulmonem a capite fluctiones. Nonnunquam vero & pulmonis aliqua pars, aut ramentum simul efferi videtur, ut neminem latere possit, ad pulmonem hunc affectum pertinere. ¶ Orto vero in aspera arteria ulcere, præter hoc quod sputum purulentum apparet, dolorem quoque in loco affecto laborans sentire consuevit, ipsum vero per ea quæ screantur, quia exigua sunt, ab ulcere quod in pulmone natum est, discerni potest. quippe ab ulceribus pulmonis, plurimum sputi reijcitur. Atque ut ex pulmoneeducta particula, visceris ipsius ulcerationem significat, ita ex gutture videmus interdum corpusculum aliquod a ligula ( Græci glottida vocant ) per ulcerationem excreari. Id vero non solum hoc indicio deprehenditur, verum etiam ex eo, quod in ulcerato loco, doloris sensu, laborans infestatur, veluti de aspera arteria dictum iam est. Etenim pulmonis ulcera, dolor non comitatur, ea vero quæ in ijs sedibus oriuntur, dolorem quidem inducunt, sed non vehementem, ut si alicui suapte natura hebes fuerit sensus, ipsum plane non percipiat. ¶ Igitur persæpe vidimus eos quos iam supra proposuimus affectus, & qui pulmonis, & spacio thoracis, & asperæ arteriæ, & gutturi accidere possunt, quippe omnium horum, sermonis communitate inducti, mentionem fecimus. Qui vero deinceps dicent, non ita crebro nobis apparuerunt. ¶ Quidam humorem repente expuit, liquidæ bili in colore perquam similem, medium videlicet inter flauum ac pallidum, ac nulla acredine infectum, atque ita quotidie magnam eius quantitatem expuit, deinde leui suborta febricula, tabescere incepit, adeo ut purulenta screaret. Postea tractu temporis, qua-

Hippocrates.

ἀσπασίμων  
σις.

Διαβρῶσις.

Asperæ arteriæ  
ulcera.

Ligula

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

tuor videlicet mensium, exiguum cum pure cruorem reiecit, atque sic aucta febre, magis consumebatur, ac iterum, atque iterum plus expuebat, adeo ut magnam sputi quantitatem redderet, quocirca magis incremente febre, ac resolutis viribus, eorum qui tabe marcescunt exemplo mortem obiit. ¶ Deinde alium vidi eodem fere modo sex mensibus, ac alium quoque diutius laborantem. ¶ Igitur qui primus nobis occurrit, initio quidem nihil mali habere, sed tandem pessime affici visus est. Alterum vero quam conspiceremus, ei statim ab initio cognito malo, presentis medicamento succurrere tentauimus. Ac multo etiam magis tertio. At quamuis multo negotio utrumque liberare conaremur, nihilo minus neque horum ullus, neque alius post eos, seruari potuit. quam enim morti iam proximi essent, pulmonis ipsius putres quasdam partes expuebant. Proinde facile cognoui, haud absimili eos affectu laborare, quale in externis partibus videre solemus, quum a putrefaciente quopiam humore inficiuntur. verum has & abscindere, & vrere possumus. pulmoni vero horum auxiliorum neutrum adhibere licet. Quapropter omnes perire necesse est. At vero postremum quum viderem, ad visceris fortem exiccationem, solito me animo conuertit, & quidem odoribus atque potionibus ad id efficacibus. Proinde medicamentum quod hedychroum vocant, interdum naribus ipsius iugiter adhibere iussi, ad somnum vero sese conuertenti prescripsi, ut narium foramina ex aliquo preciosorum unguentorum illinerentur, qualia videlicet Romae preparari solent, vocant vero ea & foliata & spicata. Atque dedi in potu medicamenta, mithridaticam vocatam compositionem, ambrosiam, athanasiam, theriacam. Itaque perpetuo anno sic educatus, tandem similiter ut reliqui tabidi, vitam finiuit, quam fortasse, ob iam dictam educationem, longiori tempore protraxerat. ¶ Præterea alium huiusmodi affectum in pulmone notavi. Quidam diuturna tussi vexatus, & exiguum lentumque pus expuens, frustum quoddam paruo grandinis grano haud absimile excreauit, ac deferens illud mihi ostendit, atque rursus non ita multo post, aliud quoque attulit. unde conieci, lentum illum humorem, quem antea expuere solebat, ad huiusmodi substantiam peruenisse, quamobrem medicamentum ei in potu dedi, quod asthmaticis auxiliatur, atque ita factum est, ut minorem expueret grandinem, atque longiori quam antea interuallo. neque pluribus deinceps annis adeo mitigari potuit affectus, quin tandem moreretur. Cæterum grandines ipsæ, magna ex parte erui magnitudinem æquabant, quamuis interdum maiores, interdum minores esse viderentur. ¶ Atque alios quoque similiter quidem spuere, sed nihilo minus in multos annos vitam extendere vidimus. Quorum alij aliam ob causam, alij vero ob spiritalium instrumentorum affectum, mortui sunt, quamuis nihil cruoris excrearent. ¶ Ea vero quæ Antipatro medico acciderunt, nemo est qui nesciat, ut pote qui medicam artem publice apud Romanos professus est. Agebat hic ætatem sexaginta quidem annis minorem sed quinquaginta iam annos excesserat. Is correptus aliquando febre quadam ephemera, idque ab euidenti causa, declinante iam febre, ut quid sibi facto opus esset intellegeret, pulsum

Hedychroum

Foliata  
Spicata

Grando ex pulmone.

Antipater medicus

ipse suum tangere aggressus est. Quum igitur omne inæqualitatis genus, in arteriarum motione inueniret, in primis quidem territus est. deinde vero quum sese non febrere, plane sentiret, illico balneum subiit. quippe laboribus, ac vigilijs corpus fatigauerat. Atq; tenui quoq; victu, donec diem tertium præterisset, usus est, quo quum nulla appareret febris, quotidie ad solita negocia pertractanda prodijt, atq; arteriam in extrema brachij sui parte tangens, admiratus est, perseverantem in pulsibus inæqualitatem. Occurēs itaq; mihi, extendit manum ridens, iussitq; pulsum tangere. At ego subridens, quid inquam portendit, hoc quod proponis ænigma? Ille iterum ridens, obnixè orauit, vt tangerem. Igitur inter tangendum, omnigenam in pulsu inueni inæqualitatem, non solum in multarum pulsationum cumulo, quam systematicen (id est cōgregatricem) vocant, verum etiam in vna arte Systematicæ rixæ distinctione, proinde miratus quomodo viueret, quum talem haberet pulsum. interrogauī, num difficilis esset ei respiratio. illo vero nullam se sentire respondente, obseruauī equidem an aliquando mutaretur, quippe sex mensium spacio assidue arteriam tangebam. Quumq; ab initio interrogaret, quænam corporis dispositio mihi videretur posse huiusmodi pulsum efficere, atq; per quem modum, idq; citra febrim? ad eam quæstionem respondi, in commentarijs de pulsibus iam declarasse me huiusmodi inæqualitatē. Namq; ob magnarum in pulmone arteriarum angustiam, id euenire putauī, angustix vero causam esse dixi, visceris inflammationem. At tibi hanc ob causam id nunc accidisse impossibile est, quippe febre fuisses affectus. Relinquitur igitur vel obstructionem, ex liquidis, & crassis, & viscosis humoribus, vel crudi cuiuspiam tuberculi ortum, in huiusmodi te dispositionē induxisse. Tum ille respondēs, oportuisset (inquit) me suspiciosa orthopnoea laborare. At ego probabilia (inquam) ipsum dicere, sed a veritate aberrare, quippe fieri nonnunquā huiusmodi orthopnoeam, ob eam quam diximus causam, id vero quum in asperis, non in leuibus arterijs, crassus & lentus humor cumulatur. Proinde omnem ei victus rationem, atque medicamenta quoq; haud aliter q̄ asthmaticis adhibere iussimus. deinde sex (vt dixi) mē sibus elapsis, leui quadam spirandi difficultate affectus est, accedente simul cordis palpitatione, in primis quidē semel, deinde bis, atq; ter, postea quater, ac sæpius quoq; aucta simul spirandi difficultate, ad quindecimum vsq; diem, post quem difficillima de repente oborta spiratione, resolutus statim obiit, aliorum quorundam exemplo, qui cordis affectibus laborant, de quibus posthac sermonem faciemus.

GALENI, DE LOCIS AFFECTIS LIBRI QVARTI  
FINIS.

g.ij.

GALENI, DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA,  
Liber Quintus.



**N** præcedenti libro, quum pulmonis affectus perstringeremus, sermonis communitate, & thoracis, & cordis quodam modo meminimus, pleniorē vero, absolutioremq; de ipsis sermonem, in quintum hunc librum distulimus. Quoniam vero quartus liber, ab accidentibus quæ Antipatro medico euerunt, finem sortitus est, læso in primis ipsius pulmone, deinde ad cor etiā transeunte affectu, opere precium me facturū arbitror si oēs eius affectus percurrā.

De cordis affectibus.

Caput. I.



**N**itur quemadmodum de cæteris corporis partibus, ita de corde quoq; definiendum est. quædam enim ipsi proprie, vel primario affecto, vel utcūq; nominare volueris, superueniunt accidētia, quædam vero ipso cæteris partibus cōsentiente. Est vero sermo in alijs demonstratus libris, ubi iā declaratum est, innatī caloris cor velut fontē esse, neq; ani-

Cor fons  
caloris.  
Principes  
partes

mal mori omnino posse, ni cor afficiatur. Quū itaq; tres sint principes partes, quib; gubernat aīal (Quippe præter cordis principatū, ostēsum est sensum & motū, vniuersis corporis partibus, a cerebro suppeditari. Iecur vero nutriticis facultatis esse principium) semp mors, ad imodicas seq̄ cordis intemperatias. simul enī cū ipso oēs vitiant̄ ptes. quū enī (vt ostēdimus) ipsæ peculiari cordis tēperie, actiones suas perficiāt, hac pereūte, actiones quoq; ipsarū perire, necesse est. ac p̄inde cerebri quoq; & iecoris. Horū vero tēperie deperdita, nō oportet, cordis simul actionē perire. Si enī neq; sentiēdi, neq; mouēdi ab electione facultatē, aīal habuerit, neq; nutriať, veluti in latētibus euenit aīalibus, nihilo minus viuere ipsū posse, quoad cor māserit illæsum, haudquaq; negandū est. Quippe videmus sepe numero multis deinceps diebus, alios neq; itellegere, neq; sentire, nec etiā moueri, at nihilomin; viuere. quæadmodū ubi q; ob viriū hepatis imbecillitatē, sine alimēto p̄manēs, diutius etiā sufficere pōt. At vero si cor respiratione priuet̄, hoīem illico perire necesse est. ¶ Igit̄ q; ad spirādī fūctionē nihil cōferre thoracē putāt, ij causā reddere nequeūt, cur p̄ vehementē apoplexiā, supno dūtaxat p̄cipio vitiat̄o, laborātes subito moriant̄. At vobis eā inuenire haud difficile est, vtpote quibus efficaciter p̄suasū est, musculos qui motionis p̄cipiū, a neruis in ipsos a spinali medulla, q̄ in ceruice est, delatis, suscipiūt, thoracē attollere, priuatis tūc musculis mouēdi facultate, q̄ ex cerebro ipsis ifluere solebat. Etenī nisi ad spirādī fūctionē abo p̄cipia simul iūcta cōcurrere oporteret, potuisset aliquis viuere, priuatus iterdū supno p̄cipio. Igit̄ vt ex his abūde nobis causa suppetit, cur affecto cerebro in vchementi apoplexiā, cor quoq; lædať. ita ex iisdē, atq; eodē modo, facile nobis fuerit, causam inuenire, quāob rē in apoplexiā minore, catalepsi, sopore, morbo comitiali, lethargo animal

Apoplexiā.

ita affectum non pereat. Nāq; si diligenter consideraueris, inuenies per huiusmodi affectus, quomodo spirent laborantes. quippe videbis & violentam & difficilem spirationem, perinde ac si vinculo quodam constrictus, thorax attolli prohiberetur. Atq; huius rei sufficientem fecimus mentionem, in libris de musculorum motione. Namq; similis est hæc quæstio, ei qua de somno quidam hæsitant, quippe quum per somnum omnes musculorum actiones exoluantur, sola actio quæ ad thoracis musculos pertinet, seruatur. Nūc vero ea duntaxat dixisse satis fuerit, quæ in præsentia proposito nostro concludere videbantur. Porro qua ratione homines per somnum spirant, reliquis musculis omnibus quiescentibus, eadem quoq; ratione per minorē apoplexiam, atq; alios ei vicinos affectus spirare possunt. Vbi vero vel apoplexia, vel alius quispiam affectus, adeo vehementer increuerit, vt musculorum thoracis actio omnino deperdatur, perire simul respirationem necesse est. Vnde cordis quoque temperamentum soluitur, quo fit tandem vt etiam animalis ipsius necessario sequatur interitus. Atque hac ratione, per vehementes superni principij læsiones, animalia perire videmus. Porro aliter euenit, vbi iecur affectum est, quod tum ob inediam moriantur, verum per longa temporum spacia, in huiusmodi affectibus vitam protelare possunt. Atque mori contingit nonnullos per alium quoq; modum, vt in syncopa, stomachi vitio eueniente, & vehemēti dolore, & timore graui, & voluptate maxima. Etenim quibus vitale robur infirmum est, animi vero affectiones ob imperitiam fortes, is animæ essentia facile dissolui potest. Atq; horum aliqui ob mœstitiam interierunt, sed non illico, vt de superioribus diximus. At vir magnanimus, neq; ob mœstitiam, neq; ob aliam aliquam animi ægritudinem mœstitia fortiolem, vnquam succubuit, vtpote cuius animæ robur validum est, affectus vero non adeo vehementes. ¶ Cæterum proprio quoq; affectu cor laborare solet, vel ob simplicem intemperiem, siue inæqualis, siue æqualis ea fuerit, vel inflammationem, vel erysipelas, idq; dum fieri incipit. Illico enim antea quam augeantur huiusmodi affectus animal corrumpitur. Atq; hos affectus rursus cardiaca syncopa sequitur. Quemadmodum quæ stomachi vitio fiunt syncopæ, ad eos affectus, quibus os ventriculi infestatur, sequi solent. Nam id quoq; nonnulli stomachum vocauerunt, verū hæ consentiente corde eueniunt. Porro vtriusq; partis, tum oris ventriculi, tum cordis dispositiones, aut a forti duntaxat intemperie, aut venenoso humore, nonnunquam ab erysipelate, aut inflammatione, aut alio quopiam præter naturam tumore, fieri solent. Igitur exiguæ quidem cordis intemperantiæ, pulsus arteriarum pro sua quæq; natura variant, de quibus in libro de pulsibus iam dictū est. Maiores vero per proprias quidem similarium partium intemperies subitam mortem non inducunt. Per eas vero quæ ad instrumentales partes pertinent, subito enecare possunt, sed præcedentibus prius signis quibusdam, quorū vnum ab Hippocrate dictū est. Qui sepe & multū exoluunt, sine causa manifesta ij repente moriunt. ¶ Est & alius affectus, palpitatio videlicet cordis, aut per se eueniēs, aut cū suspitione quadā,

Syncopa

Proprii cordis affectus

Stomachus

Hippocrates


Tremor cordis

Simia

Gallus

Cordis inflammatio.

Vulnus cordis.



Phlebotomia

Cordis pāniculus

quod in humore cor ipsum moueatur. Neque enim mirum videri debet tantam humoris multitudinem cumulari aliquando in ambiente cor tunica, ut ipsum, ne attollatur, impedire possit. Quippe in animalibus dissectis vidimus plerumque plurimum humoris, urinae speciem referentis, in eo, qui ipsum inuoluit, pāniculo contineri. Etenim simia quaedam, quum emaciari indies videretur, eam tamen necessarijs nostris negocijs impediti, secare in tempore non potuimus, post mortem vero, reliquis corporis partibus omnibus illaesis, inuentus est in ambiente cor tunica, tumor praeter naturam, humorem in se continens, qualem pustulae (Graeci hydatidas vocant) emittere solent. ¶ Atque in Gallo quoque vidimus cordis tunicam, huiusmodi tumore, & quidem duro affecta, perinde ac si plures crassae membranae inuolutae altera alteri fuissent, verum in eo nihil humoris continebatur, vnde verisimilis coniectura elicitur, homines etiam similibus posse affectibus infestari. ¶ Inflammato autem manifeste corde, gladiatores vidimus, haud aliter quam qui cardiaca syncopa pereunt, obiisse. ¶ Igitur si ad ventrem cordis vulnus aliquando penetrauerit, protinus magno cum sanguinis fluore, hominem mori necesse est, idque praecipue, si sinistrae partis venter fuerit vulneratus. Si vero non ad ventrem usque pertingat, sed in cordis substantia consistat vulnus, ex ita affectis aliqui, non solum ea die qua vulnerati fuerunt, sed sequenti quoque nocte, viuere potuerunt, qui oborta deinde inflammatione extincti sunt. Atque etiam ij quamdiu vixerunt, mentis copotes inuenti sunt, vnde euidenter sibi testimonium sumere potest, ea secta quae negat, rationale animae vim in corde consistere. ¶ Palpitatio autem visceris huius, pluribus integra valetudine degentibus, tum adolescentibus, tum adultis, subito sine alio manifesto accidente euenire visus est, atque oes eos sanguinis detractio iuuat. Namque hoc pacto plerique perfecte ab hoc accidente liberati sunt, praesertim qui utebantur, & victu, & medicamentis, quibus esset extenuandi facultas. Horum vero nonnulli, quos rursus huiusmodi accidens infestabat, simili curatione sospites euaserunt. Ceterum noui quaedam quotannis, verno tempore huiusmodi palpitatiois accidente vexatum, qui quum per tres annos a sanguinis detractioe se adiutum intellexeret, anno quarto, antea quam accidens ipsum inuaderet, sanguinem misit, idque plurimum deinceps annis faciendo, idonea etiam post sanguinis detractioem medicamenta adhibuit. At nihilo minus hic quoque, ante senectutem morte praeventus est. Sicut & reliqui oes, quorum alij quidem per acutas febres, alij vero cum sani degerent, affatim syncopa intercepti, interierunt. Quis vnus, vel duo, citra syncopam, alia quadam mortis specie perierint. At vero sic affectorum magna pars, aetate agebat, qui quaginta quidem annis inferiori, sed quae quadraginta annos excederet. Porro pāniculus cor ambiens, quomodo cumque affectus sit, nisi inflammatione infestetur, inter ignobiles partes reputatur. Quocirca ipsius dispositio, per consensum ad cor transcurrit. Cum enim ipse solus afficitur, exemplo reliquarum omnium partium, quae ad custodiam, & tegmentum caeterarum nobiliorum factae sunt, nullum affert periculum. Caeterum nulla a corde spirandi difficultas oritur, praeter eas quas in priori libro diximus, cum de dyspnoea sermonem haberemus.

Etenim supercalfactum spirationem efficit magnam, & densam, atq; celerē, ac calidum insuper spiritum reflat. Contra, refrigeratum, exiguam reddit spirationem, & raram.

¶ De thoracis affectibus. Caput. II.



**A**tq; huic quoq; parti, vel primario affectæ, vel alijs consentienti, quēadmodum reliquis omnibus, affectus quidam superueniūt, quos respirationem lædere necesse est. quippe propriū respirationis organum eam esse, iam demonstratum est. Igitur vbi dolorificis affectibus molestat, exiguam, densamq; reddīt spirationem, veluti in cōmentationibus de difficultate spirationis ostendimus. Id vero, & vicinis quoq; partibus, & ijs quæ simul mouent̃ affectis, euenire solet. Nā diximus antea de spinæ affectibus, respirationem interdū lædi, thorace proprio affectu nequaquā laborante, sed vel neruo quopiā a spina procedēte, vel spina ipsa affecta. ¶ Eorū vero, qui proprie ad thoracē pertinent, affectuū, quidā in ipsius musculis, quidam vero in membrana costas cingente consistunt. Sed neq; de cutis, neq; de costarum affectibus, hic tractare proposuimus. Nam in ijs sedes affectæ, sensibus subiiciuntur. Igitur quum ex musculis, alij spacia intercostalia vocata repleant, alij vero extrinsecus extendantur, dolorificæ externorum musculorum dispositiones, vt vlcera, contusiones, abscessus, erysipelas, inflāmatio, haud difficulter a medicis manum adhibentibus discernuntur. At intercostalium musculorum inflāmatōnes, eorum maxime, qui in ima parte cōsistunt (duo enim, vt scitis, sunt huiusmodi musculorum genera) tactu consequi nō possumus. atq; ij grauiori, quam externi, dolore cruciant̃. ac fluctionē, quæ inflammationē induxit, ad interna, per eam quæ costas cingit membranam transmittūt, quam tūc pariter cum ipsis inflāmari necesse est. Veluti rursus, vbi ipsa aliquando primario affectu infestatur, intercostaliū musculorū partes internę, similiter ei cōsentiūt. ¶ Verū exquiritur Pleuritis. sita pleuritis sit, vbi cingens costas mēbrana, primario affectu laborat. proinde dolor, vel ad iugulū, vel ad præcordia peruenire potest. ad iugulū quidem, superioribus eius partibus affectis, ad præcordia vero, vbi inferiores afficiunt̃. Atq; vehemēs quoq; febris huiusmodi inflāmatōne sequitur, quia sedes affecta, & parū distat a corde, & cū paniculo ipsum inuoluēte, ac septo transuerso cognationem habet. Cæterum afficiatur ne magis cingens membrana, an musculi ipsam contingentes, a pulsibus indicium petere oportet. Namq; musculi minus, cingens vero mēbrana magis, & tendit, & indurat arteriam. ¶ Contra in peripneumonia, nulla penitus apparet huiusmodi Peripneumonia. durities. At effusa in spaciū thoracis sanies, in asperas pulmonis arterias recipitur, deinde tussiendo excreatur, qualis sit, qui inflammationem fecit, humor, declarans, an videlicet biliosus, aut melancholicus, aut pituitosus, aut cruentus. Etenim si bilis abundat, pallidum, aut flauum, Si atra bilis, Thoracis excrementa spuendo reijcitur. Si pituita, spumosum, & candicans, Si sanguis, rubrum sputum reijcitur. ¶ Quod vero tussiendo ex thoracis spacio aliquid interdum ex-

puatur, facile intellet, is qui eas dispositiones considerauerit, quibus ab exterioribus, ad intima pectoris vlcus penetrare cōtingit, siue id ob vulnus non conglutinatum eueniat, siue ob magnum abscessum, vtrinque eruptum, vel perinde dissectum ac si externas duntaxat partes afficeret, facta deinde sectione, inueniatur cingens costas membrana, erosa, aut costa ob sphacelū (id est cariem) excisa, aut quod excisam a sphacelo (id est tabitudine) constam, aut eo quod medici cingentem membranam, vtpote erosam, putrescentemque, seruare illam non potuerunt. In omnibus iam propositis dispositionibus, si aqua mulsa in thoracis spaciū infundatur, atque mox tussiedo expuatur, laborans ipse aquam mulsam esse, ex sapore deprehendet. Quo pacto autē hoc fieri possit, atque per quos meatus ipsa in asperam arteriam ingrediatur, perpendere debet, is qui errorem illum, quo multi in asperæ arteriæ inuentione imbuti sunt, effugere voluerit. ij namque ex thoracis spacio, in pulmonem quippiam recipi, impossibile esse, iam sibi persuaserunt, fortasse ita se sentire simulantes, ne videantur de re quapiam dubitare. Cæterum credere oportet huiusmodi fieri transumptionem, quippe quæ per vulnera haud obscure apparet. Deinde quo pacto ea fieri possit, inuestigare, vt quum inueniremus, animo simus quietiori. Sed inter quærendum, quādiu nihil nos inuenisse putauerimus, ruditatem potius nostram accusare, quā veritatem ipsam negare debemus. Atque videmus etiam cōglutinatis cruentis vulneribus, in sputo, notas quasdam, fluentis ex vulnere cruoris, ad spaciū quod inter pulmonem est & thoracem. Præterea suppurati, in hoc ipso spacio pus continere, & ipsum expuere haud obscure videntur. Atqui rationi consentaneum est, vt eodem modo tum cruor, tum pus, ex thorace expuatur. Quorum viam inquirens Erasistratus incredibilia quædam scripsit, in eo libro, cui titulus de sanguinis educatione est, sub hac verborū serie. Via autem per quam incedunt, ea quæ ab ijs sedibus reijciuntur, huiusmodi est. Ab ea arteria quæ spinæ adiacet, vasa quædam ad vtrinque latus, tam dextrum, quam sinistrum, similiter procedunt. deinde in loca vicina, multiplici diuisione dispersa, tandem adeo euadunt exigua, vt sensum lateant. Quum itaque sanguis in huiusmodi arterias inciderit, nonnunquam per concavam arteriam, ad loca quæ circa pulmonem sunt, atque ad eos nexus per quos pulmo apud spinam arteriæ coniungitur, ascendit. quippe ea quæ huc inciderint, hac via ad pulmonem ascendere solent. Verum quomodo ex pulmone deinde reijciantur, antea dictum est. In his verbis manifeste declarauit Erasistratus, eas arterias quæ a magna arteria ad singula intercostalia loca procedunt, per ora quæ ad inflammata partem perueniunt, sanguinem suscipere, ipsumque ad magnam arteriam, quæ a corde orta, per spinam extenditur, referre, atque ab ipsa rursus, ad ea loca quæ circa pulmonem sunt transitum fieri. Sed neque modum, quo huiusmodi transitus fiat, neque viam explicauit. Verum deinceps scribens, atque per eos nexus, per quos pulmo arteriæ circa spinam adhæret. fit enim (inquit) hac quoque via, eorum quæ inciderunt in pulmonem, ascensus. At quomodo, & per quæ conceptula id fieri possit, non

Erasistratus



ostēdit. Proinde manet adhuc eadē quęstio, nihil plane ad ipsam dissoluen-  
dam, afferente Erasistrato, quāuis vt in cęteris libris omnibus, ita in hoc  
ipso, de sanguinis eductiōe, perspiciam pollicitus fuerit interpretationem  
Quocirca multo magis vitiosum, quispiā huiusmodi sermonem reputauerit,  
vtpote qui ipsi quoq; Erasistrato fuerit suspectus, apparet itaq; ex indu-  
stria eum voluisse obscuris vtī sermonibus, vt aliquid dixisse videretur, quū  
nihil diceret. Atq; hoc in loco, quęstiois enarrationē dereliquit. Nam quo-  
modo sanguis ex lateribus quidem ad magnā arteriā perueniat, manifeste  
declarat. At quomodo rursus ab hac, ad eas sedes, quę circa pulmonē sunt,  
vt ipse dicebat, ascēdat, haudquāq; exposuit. Cōstat etiā ex eo quod dixit, lo-  
ca quę circa pulmonē sunt, quū dicere pulmonē potuisset, eū haud inuitū ser-  
monis obscuritatē affectasse, id quod postea declarauit, dicens, ex pulmone  
autē quomodo ad eductiōē ascēdat, iā antea dictū est. Perinde enī, ac si in  
pulmonē, ex magna arteria sanguis iā delatus sit, quomō idē reijciatur, vel-  
le nos admonere, videt. Quod vero de expuitiōe quę ex pulmone fit, iā antea  
dictū est, nō ignoramus, ac perspicuā fuisse narrationē testificamur, optare  
musq; vt de ea, quę ex magna vena in pulmonē fit, trāssumptiōe, similiter di-  
xisset. Quēadmodū cū inquit, per eos quoq; nexus, per quos pulmo, arterię  
apud spinā coniungitur fieri circa pulmonē sanguinis reiectiōem. Ne hic  
quidem, quos nexus dicat, declarauit. Etenim si vel ex mēbranis, vel fibris  
consistant, nihilo plus, vt sanguis in magna arteria cōtensus, in pulmonem  
deferatur, conferre possunt, quippe necesse est ex arteria oriri vasa quędā,  
per quę sanguis in pulmonem transferatur. quemadmodū Erasistrati secta  
hoc ipsum per arteriā pulmonī substratam fieri autumat. Huius enim arte-  
rię, extremę partes, & quidē exiguę, ad asperā arteriam transire videntur.  
Atqui ipsa quoq; ex magna arteria, antea quā ad spinā perueniat, inītiū  
sumit. Itaq; duplici quadā ratione, Erasistrato ab hac arteria auxiliū suppe-  
ditare conātur, sectę ipsius professores. In presentia quidē, quantum ad san-  
guinis ex thorace eductiōē pertinet, alibi vero ad inflāmatiōis in pulmo-  
ne generationem. Nam & hanc obijciunt, eis qui aliter sentiūt, vtpote quā  
ita, vt Erasistratus docuit, fieri sit impossibile. Namq; quū docet quomodo  
fiat inflāmatiō, putat incidentē in arterias sanguinē, spiritui, qui a corde  
defertur, obuiū fieri, atq; sic ad extremas arteriarū partes reppelli. Nisi vbi  
vulneratę aliquando quędā arterię, vacuato ex ipsis per vulnus spiritu, ex  
ea quę ad vacuatum spiritū fit sequela, sanguinē suscipiunt. Hoc enim pa-  
cto nō fieret, inquit, inflāmatiō, ne in pulmonis quidē arterijs, quippe si ali-  
quando sanguis in eas inciderit, nulli ipsum spiritui obuiare, etenim in so-  
las pulmonis arterias, nullū a corde ferri spiritū cōtendit, quīs reliquas arte-  
rias omnes, a corde spiritū suscipere fateatur. Verū ecōtrario, ipsas cordi spi-  
ritum suppeditare quę per inspiratiōem ab asperis leues arterię suscipiāt.  
Hanc igitur arteriam, quę a maiori arteria spinę incūbenti, in pulmonē  
fertur, inflāmatiōem in extremis partibus sustinere, atq; vt sanguis ex tho-  
race reijciatur, efficere dicit. Sed inflāmatiōis rationē hoc in loco tractare

## GALENI DE LOCIS AFFECTIS

non proposuimus. Cæterū quod ex magna arteria, in pulmonē sanguinis trāssumptionē fieri dixit, a veritate deuiare videtur. In primis enim sanguinem ex intercostalibus locis, in magnam arteriam trāsserri impossibile est. quippe a spirītu, qui a corde per magnā arteriā ad hæc loca trāsmittitur, repulsus, illico reuertetur. Si concesserimus autē hoc ita fieri, ac demus in magnam ipsam arteriā deferri, multo absurdior ex Erasistraticæ sectæ fundamentis sermo euadet. Etenim spirītū, saluantem incursionis impetum, a corde in hanc arteriam expressum, in totum deferri corpus, per ortas ab ipso arterias autumat, perinde ac si ex vna arteriæ constrictiōe spirītus ad extremas pedū partes peruenire possit, veluti a vehemētissimo vento, delationis celeritatē fieri putans. Quod vero tāta vehemētia, sanguinē in magna arteria cōtentū, ad quālibet corporis partē nō impellat, impossibile est. Quāquā illi ad vnā duntaxat arteriā ipsum compellant, quæ scilicet ratione prædita, ad pulmonē ipsum deferat, tanquā mentē haberet, ac intellexeret, qua via quæ facillime vacuari possit. Id ipsum vero rursus pugnare videtur cū præsentī sermone, qui sanguinē quā celerrime vacuari per asperā arteriam cōcedit. Nā si tam facilis est per extremas harū arteriarum partes trāsitus, vt incidēs in eas sanguis, tam celeriter vacuetur, fieri non potest vt impactus, inflammationem excitet, eo quod impingi, & excidere, inter se sint contraria. Id vero multo maiori admiratione dignum est, quod quā Erasistratus quam diligētissime deiceps de puris vacuatiōe cōscribat, siue id in pleuriticis, siue in suppuratis contineatur, ipse pugnam hanc, quæ videlicet sermones eius, tum nobis, tū reliquis hoibus omnibus, inter se certare videntur, nō intellexerit. Ea facile deprehendetur, si sermonē eius, qui ad verbum sic se habet, hic subscripserimus. Atque in his ipsis affectibus, plurimū interdū puris excretio fit, causa, venarū natura est, quam sic perpēdere oportet, magna pars venæ ex corde nata, adiacet spinæ, ac in eo loco, vbi a vertebris septum transuersum nascitur, finem accipit. Ab hac vero, venæ quæ ad latera extensæ sunt, atque arterijs adiacent, oriri videntur. Igitur quū vel vlcus, vel abscessus, in his locis euenit, multum puris congregās, id quidē haud facile, ad spaciū quod inter latera & pulmonē est, effundi potest. quod, succingēs latera, membrana nervosa est, & fortis ac diuidi cōtumax. proinde coercetur ad vasa, membranæ intrinsecus subiecta. Quū itaque tenuis magis, ac imbecillior vena sit quā arteria, hæc vasa prius diuiduntur, quā ea quæ circa arterias sunt, atque per has diuisiones, pus effunditur in venas. Etenim per inferiores sedes pus deici nō potest, quia ad eas venarum natura non peruenit, sed finem sortiūtur, vt dictum est, circa septi transuersi ortū. Quū semper autē cōtinuæ sedes repleantur, vt per superiores meatus exitum capiat necesse est. Perpendenda igitur est actio, quam pulmo inter respirandum efficit, ac quomodo, tum spirītū tum humores, & attrahit, & expellit. quippe eodem modo pus a lateribus ad pulmonem ascendere solet. Sed quomodo demum a pulmone reijciatur antea dictum est. ¶ In hoc sermone, Quod pus in venas trāssumptum, non possit ad loca septo trāsuerso inferiora peruenire, recte ab Erasistrato dictū

est, vtpote vena, quæ octo inferioribus thoracis costis alimentum præbet (non enim omnes alere potest) ad septum transversum perueniente, neque enim in presentia contedere velim, an exigua aliqua eius particula inde exiliat. At quo modo huiusmodi pus expuatur, ne principium quidem dicere aggressus est. Similiter nec sectatorum eius quisquam. Neque enim dicere potuerunt aliquid a vena ad pulmonem deferri, ea ratione, qua arteriam quandam a magna arteria separatam, ad pulmonem deduci affirmant. etenim arteria, tametsi non manifeste per ipsum diuiditur, ei tamen substerni, atque ad asperam usque arteriam ramulos emittere videtur. Verum a magna vena, quæ spinæ incubit, venam aliquam in pulmonem transire, neque nos unquam vidimus, neque dissectorum quisquam scripsit, ac ne Erasistratus quidem id affirmare ausus est. Quippe inter omnes conuenit, quod a dextro cordis ventriculo, per unum duntaxat vas, pulmo sanguinem recipit. Oporteret igitur pus quod a costis, in eam venam, quæ spinæ adiacet, in primis quidem peruenire ad cor, deinde ad venam quæ ab hoc orta, in pulmonem transit. Postea ex hac in asperas arterias, quæ per ipsum dispersæ sunt, transsumi. Postremo tussi indigere, quæ scilicet ipsum usque ad os efferre posset. Igitur quo pacto puris sanguini permixti, ab ipso fiat secretio, tanquam exiguum quidpiam, ac vulgare, & quod ad vniuersam ipsius rationem firmandam parum conducat, præteritis, dicere neglexit. Neque defendi etiam potest, quod sanguis in vena, quæ circa spinam est, contentus, ad cor ipsum referatur. Nam e contrario, vena hæc a dextra cordis auricula exorta, sanguinem secum defert, qui omnibus thoracis partibus, quæ circa octo costas consistunt, alimentum præbeat. Etenim superiores quatuor, non ab istis, sed a vena ad iugulum ascendente, quæ a medio loco, inter cor & iugulum exoritur, nutrimentum suscipiunt. Præterea & hoc quoque, non minus absurdum, ad Erasistrati verba sequitur. Nam pus quod a supernis quatuor thoracis costis, in concavam venam refertur, maxime quidem ad eas venas ducetur, quæ ad ceruicem, & scapulas, & caput, & manus, imo potius ad vniuersas animalis partes, perueniunt. Hæc sunt fere absurda, quæ ad Erasistrati scripta sequi videntur. Accedit ad hæc, quod causam in hac perpensione penitus non attigit. dicens enim, non facile pus effunditur in spacium, quod inter costas est & pulmonem, quia succingens costas membrana, neruosa sit, & fortis, atque diuidi contumax, pus aliquando in hoc spacium effundi posse, non negauit. quippe qui verbis suis, non facile, addiderit. Debuît ergo dicere, id quam non facile, tamen aliquando fieri. deinde viam ostendere, qua suppurati, pus expuere possint. Vt enim ex istis non paucos perire, ita & alios complures seruari vidimus. Quorum si quis per singulos dies, reiecti puris quantitatem collegerit, interdum sex, aut octo heminas, interdum quindecim, atque interdum plures, totam summam æquare inueniet. Cæterum id quod quam creberrime dicere consueui, nunc quoque dicam, quod multi medici, rerum quæ manifeste videntur, causam reddere nequeunt, eas esse omnino negant. Quamquam (vt dixi) omnes quotquot in thorace vulnerati sunt, iniectam per vulnus aquam mulsam, illico expuere solent. Nonnulli etiam curato, conglutinatoque vulnere, in pri-

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

mis quídem diebus purulenta quádam expuít, nísi recte, ac exquisíte, vni-  
 uersus sanguis per vulnus (quatiendo videlicet hominē, qui sic vulneratus  
 est) fuerit effusus. At vero membrana costas succingens, & valída est, & ner-  
 uosa, ac diuidí contumax, huic sermoni adde, si velis, quā ob rem humores  
 in spaciū thoracis effusos, hæc quídem nō transmittit, ille vero non recipit.  
 Atq; díc etiám cutem membranís esse multo fortiorē, atq; crassiorē, vt per  
 fractiōnum oblesiones, cruentū humorē, quo minus per ípsū penetrando  
 egrediatur, prohibere possit, hunc tamen in nōnullis videmus adeo copio-  
 se effundí, vt totas etiám fascias possit irrigare. Quod quū ita fieri videamus,  
 idē haud absurde per reliquas quoq; mēbranas fieri fatēdū est. Atq; satius  
 fuisset Erasistratum nō de hac re dubitare, sed id potius abundanter íntelle-  
 gere, quomodo humor inter thoracē & pulmonē contentus, in asperas pul-  
 monis arterías recipiatur, ad leues vero arterías, atq; ad venas, peruenire nō  
 possit. Nam & ípso Erasistrato authore, tria hæc vasa símul extēdūtur, atq;  
 símul diuísá, terminantur suo extremo quodlibet ore, in adiacentē pulmoní  
 membranā. Cū ergo tria hæc ora inter se proxima sint, cur in vnū duntaxat  
 fiat transsumptio, quære debuit Erasistratus. Nam longe præstátius erat,  
 ea quæ fiunt, quomodo fiant quære, quā quod fiant negare. Quamq; neq;  
 dubia, neq; inuentu difficilis míhi videtur, eorū quæ in thorace continētur,  
 in pulmonē receptio, quæ quidē in asperæ arteriæ partibus extremis fieri po-  
 test, qpppe quæ nō adeo angustæ sunt, vt leuarū arteriarū atq; venarū partes  
 extremæ. Atq; quod magna ex parte, asperarū arteriarum essentia, cartilā-  
 go est, quæ concidere, atq; cōcludí omnifariam nō potest, quod etiám earū,  
 q̄ duorum vasorū reliquorum, ora, multo sunt ampliora. Cum ígitur ípsorū  
 circa pulmonē diuisiones numero sint æquales, ratiōi consentaneū est, aspe-  
 ræ arteriæ veluti ramos, reliquorū duorum generū partes, proportione su-  
 perare. Id vero manifeste apparet per visceris ípsius deffectionem, nam víci-  
 na quæq; vasa eandē inter se seruant in magnitudinis excessu proportiōē,  
 quam ab initio maxime eorū partes habere conspiciuntur. Hæc sunt quæ dí-  
 cere debuit Erasistratus. ac deinceps, vtrū aspirationis, an quietis tempore,  
 pus ex thoracis spacio in pulmonē recipiatur, explicare, ac deinde quū id,  
 neq; per aspirationē, neq; per quietē fieri docuisset, ostendere, ípsū respira-  
 tionis tempore recipi. id quod facillimū erat demonstrare, ei cui prius per-  
 suasum esset, respirationis actionē ad thoracē pertinere, pulmone nullā pro-  
 priam habente motiōē. quippe qui per consequentiā dilatato thorace, pa-  
 riter attollitur. eo vero cōstricto, ípse, spōgiarū exemplo, quas manibus ex-  
 primimus, in sese residere solet. Etenim hoc pacto per magna vulnera, fibra  
 ípsius per vulnus procidere videtur. verū citra vulnus, thorax vehemēter cō-  
 strictus, humorē qui in eo spacio, quod inter ípsū & pulmonē est, contine-  
 tur, in asperas ípsius arterías cōprimendo cogit. Nec credas velim, huic ora-  
 tioní, vehementer, frustra fuisse infertū. Nisi enim vehemēter admodū, tho-  
 rax pulmonem ex omni parte cōprimat, humor in asperarū arteriarum ora  
 recipi nō poterit. Quamobrem natura, quo robustior fieret expressio, tussí

vocata, donauit animalia. Quæ cū naturale sit accidens, & sternutamentū, & singultum, & nauseam, similitudine quadā imitatur, de quibus in libro de causis accidentium satis dictum est. Verū quia viribus opus est, quibus huiusmodi accidens naturale excitetur, cōtingit creberrime per suppuratos affectus, mori laborantes, prostratis antea viribus. quod a validissima thoracis constrictione, eademq; celerrima, tussis excitatur. Atqui vires imbecillæ, neq; valide neq; celeriter agere possunt. Ergo de expuitione quæ ex spacio thoracis procedit, satis fuerit hæc dixisse. redeamus igitur rursus ad eum quem ab initio proposuimus sermonē. Sane quæ in succingente costas mēbrana, ac musculis illi cōtinuis, fiunt inflāmationes, morbū quem lateralem vocant efficere solent. Huius accidentia inseparabilia sunt, febris acuta, dolor, perinde ac si locus vel intēdatur, vel pungatur, spiratio frequens & exigua. pulsus paruus, arteriā & dura, & quodam modo tensam indicans, tussis magna ex parte cum sputis coloratis, nonnunq; vero sine his. Has incoctas pleuritides nominat, quæ vel celeriter hominē rapiūt, vel longo teporis spacio finiūtur. Ac dolor modo ad iugulū, modo ad præcordia peruenire videtur. Sūt præterea alij laterū cū febre dolores, per quos spirationē exiguā reddi necesse est, sed nullū reddi sputū, vt in ea re nihil a pleuritide sine sputo cōstāte, differre videat. Verū hi facile ab illis discerni possunt. In his enim nulla oīno tussis est, illi vero qui sine sputo pleuritide laborāt, sicca tussi molestantur. deinde quod neq; tensionem, neq; duriciē vllam, refert pulsus. postremo quod non æquæ acuta febrī laborant, neq; adeo difficulter spirant. Sunt etiam nonnulli, qui presso inflāmato loco extrinsecus dolere sese, fatentur. Etenim ij per sputū nō purgātur, quia ab initio nihil eius succi, qui inflāmationem excitauit, ad thoracis spaciū peruenire solet. At concocta inflāmatione, nisi prius discutiat, ad cutē vsq; attollitur, atq; inciditur.

¶ De septi transuersi affectibus.

Cap. III.

**T**Erminū quo thoracis pars inferior finitur, antiqui phrenas (id est mentē) appellauerunt, siue simpliciter id ipsis in animū venerit, siue (vt aliqui putāt) quia eo inflāmatione affecto, mens quoq; lædatur. Verū qui Platonis seculo successerunt, septum ipsum nominauerūt, quāuis Plato ipse similiter vt reliqui veteres, phrenas vocitaret, putans ipsum in animalibus vtilitatis gratia fuisse creatū, vtpote quod animi irascentiam, in corde cōtentā, a cupiditate, cuius sedes in iecinore esse creditur, distinguit. proinde medicī neglecto prisco nomine, septum ipsum appellare consueuerunt. Id quod in dorsi quoq; spina eos fecisse constat. quippe huic quoq; ob propriam essentiā medullæ nomen est, quemadmodū instrumentum cuius nunc mentionē fecimus, phrenes nuncupantur. Verū quo clarior esset dinotio, illi dorsalis, quemadmodū & ceruicalis, & spinalis, atq; lumbaris, cognomenta addiderunt. Postea fere omnes simpliciter dorsale appellare consueuerunt. Sic in præsentī quoq; proposito, phrenū nomine reiecto, diaphragma (id est septum transuersum) nominare magis placuit. Ari-

Pleuritis.

Sputū coloratum.

Incocta pleuritis.

Dolor similis pleuritis.

co.

Phrenes.

Septum. Plato.

Spina.

Medulla.

Diaphragma.

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

**Aristoteles.** Aristoteles autē hāc animalis particulā succincturā appellat, nescius ipsam ma-  
**Succinctura.** gnā ac perquā necessariā actioni, in animalibus esse deputatā, quippe quæ  
 spirationis instrumentū est. nec mirū est si spirationem, quū afficitur, lædat,  
 ut quia vel spinæ vel nervis ab ea exortis, cōsentit, veluti supra de spirandī  
 difficultate dictum est. ubi etiam proprios ipsius affectus percurramus. At  
**Delirium.** vero nunc eos affectus, qui superno consentiente principio, ei adveniūt, per-  
 stringamus. ¶ Igitur antea quam aliquis deliret, frequentem ac exiguum,  
 infestante vero iam delirio, multa varietate inæqualem spiritum reddit. ve-  
 luti de spirandī difficultate iam dictum est. Atq; delirare etiam solent  
 nonnulli, ob vitium quod in ore vetriculi consistit, & febribus ardentibus,  
 & pleuritide, & peripneumonia. quæ vero ob septi transversī affectum acci-  
 dunt deliria, non inultum distant a phrenitide. quippe per cæterarum par-  
 tium affectus, atq; per febres ardentis delirium mitigari solet, quoties mor-  
 bus declinare videtur. At phrenitidis propria, præcipuaq; nota est, ne in de-  
 clinatione quidem februm, delirium quiescere. Neq; enim per consensum  
 dūtaxat, sub huiusmodi morbo cerebrum afficitur, sed propria primariaq;  
 affectione laborat, atq; proinde paulatim conquiescit hic affectus. Veluti  
 etiam neq; subito, neq; affatim, ut in ijs partibus, quarum nuper mentio-  
**Phrenitica** nem feci, accidere consuevit. Quippe anteaq; inualescat, præcedunt ipsum ac-  
**indicia.** cidentia non pauca. Ea; omnia phrenitica indicia vocantur, quæ ab ijs  
 quoq; qui me præcesserunt, conscripta sunt. Nam interdum vigiliis præce-  
 dere, siue etiam somnum, manifestis imaginibus turbatum, ita ut & cla-  
 ment nonnulli, & exiliant, videre est. Interdum vero adeo agrestis accedit  
 obliuio, ut laborantes aliqui, quum matellam petiuisent, meiere tamen ne-  
 glexerint. Aut quum lotiū emisissent, matellam ipsam prodere, haudqua;   
 meminerint. Interdum maiori cum tumultu, aut temeritate respondent,  
 præsertim ubi aliquis antea fuerit mansuetus. Atq; ij omnes exiguo vtun-  
 tur potu. Spiratio ipsis rara est, & magna. Nonnunquam occiput dolor in-  
 festat. Quum vero iam proxime ad phrenitidem accedunt, oculi eis vehe-  
 menter euadunt squalidi, aut ex altero ipsorum acris lachryma effunditur,  
 ac deinde lippitudo innatat, & venæ ipsorum sanguine plenæ videntur,  
 & sanguis stillat e naribus. Quo tempore nihil quod exacte ad pruden-  
 tiam pertineat, respondent. & floccos auellunt, & festucas carpunt, atq; ari-  
 diore febrī, cui non ita magnæ in alterutram partem mutationes accedunt,  
 torquentur. quemadmodum in alijs quibusdam febribus videre est, quæ  
 per vigorem quidem grauissime infestant, inclinationes vero habent mitio-  
 res. Ad hæc lingua quoq; salebrosa est, nonnulli interdū audiēdo falli vidē-  
 tur, ac interdū mœstī iacēt, vix quicq; respōdētes, atq; dispositiōe dolorifica  
 affecti, vel acrius premente aliquo, eā haudqua; sentiunt. Ergo hoc modo  
**Deliriū a se** per cerebri affectū, paulatim phrenitis euenire solet. Ab aliarū vero partiū  
**pto trans-** nulla perpetuū deliriū procedit, dēpto solo septo trāsverso, cui<sup>9</sup> vitio excita-  
**uerso.** tū deliriū, parū a cōtinuo distat, adeo ut veteres putauerint, hac parte inflā-  
 matiōe affecta, hoies phreniticos euadere. atq; ob eādē suspitiōnē, phrenas

81.  
videtur  
etiam in  
restitutione  
quod dicitur  
Sanctus  
cum alleg.  
Sali. h.  
namque non

40

